

quod lex nostra Regia 1. titul. 3. lib. 8. nou. collecti. reg. tantum agit de pena confiscationis omnium bonorum heretici. Circa cuius intellectum in hoc agemus in questionibus statim sequentibus, illo tantum hic animaduerso, quod haec pena imponitur illi, quem Ecclesia indicat pro vero heretico, non vero illi, quem Ecclesia indicat pro heretico praesumptio: huic namque non imponitur pena confiscationis bonorum, sed abiuratio de leui vel vehementi secundum qualitatem praesumptionis, vt in capite vergentis, & in cap. excommunicamus, §. damnari, de heret. & in cap. cum secundum leges, de heret. in 6. vbi pro vero heretico publicantur bona, non pro suspecto heretico.

77 Quod intelligit Cantera in suis questionibus crimin. cap. 1. de heret. apof. C. c. num. 54. pag. 413. quando Ecclesia propter illam suspicionem non iudicat illum hereticum, scilicet, quando est negatiuus: nam si Ecclesia iudicaret illum hereticum, vt quando est conuictus, & ipse negatiuus, tunc profecto confiscarentur eius bona, vt in cap. ad abolendam, de heret. Suspecto etiam tantummodo de heresi non publicantur bona, cap. accusatus, §. porro, de heret. vt cum Zanchin tenet Farinac. in suis questionibus crimin. 1. tom. q. 10. num. 40.



S V M M A R I V M.

- 1 Iura & actiones an comprehendantur in confiscatione bonorum heretici, & a quo tempore, per totam questionem, & num. 9. cum sequentibus.
- 1 Filiis Catholicis hereticorum an relinquatur bona parentum, vel alimenta, aut legitima, & an filia eorum sint dotanda per fiscum, & numeris sequentibus. Et quid in crimine laesae Maiestatis humanae n. 5.
- 10 Bona heretici oculi an confiscentur?
- 11 Pretium an restituatur ei, qui bona fide contraxit cum heretico occulto? vbi plures referuntur, & distinguuntur, atque declarantur.
- 12 Bona alienata ab occulto heretico renouantur, qui in fraudem fisci paulo ante alienauerit, vt in exemplis de quibus hic.
- 13 Confessio sola heretici occultum in probatione temporis, ex quo incidit in heresim, empiribus, & creditoribus nocere non potest, nisi testibus comprobata sit.
- 14 Hereticus occultus quoad foris fori est capax legum alimentorum, vt hic.

An in confiscatione bonorum iura, & actiones comprehendantur, & a quo tempore?

In eandem l. primam.

Q V A E S T I O XXXIV.

1 Q V A E R O etiam an in confiscatione bonorum heretici iura, & actiones comprehendantur, & a quo tempore? Et quoad primum, §. quod in publicatione bonorum mobilium & immobilium non veniant iura & actiones, testatur communem ex Ario Pinelo Iulius Clarus in praet. crimin. quest. 78. in versic. successione quaro

qui illum sequitur dicens, quod ex introducta est practica illius provinciae, vt in sententia confiscationis apponantur etiam illa verba, iurium & actionum & nominum. Eandem sequitur & probat, & communem dicit supra dicitur & alios allegans Farinac. in suis questionibus crimin. 1. parte de delict. & pen. question. 25. numer. 109.

Sed in crimine heresis contrarium probat D. Simanc. de infirmit. Catholic. tit. 9. numer. 7. dicens quod bona omnia hereticorum mobilia, & actiones, & mouentia, iura quoque & actiones, & iura sepulchrorum ipso iure publicantur. cap. cum secundum leges de heret. lib. 6. l. bonorum, & l. mouentium, ff. de verbor. signi. l. 1. §. in eadem, ff. de suis & legiti. heredit. & sequitur ad literam D. Azeued. in d. l. 1. numer. 180. & alios allegans Thom. Sanch. in sion. lib. 2. cap. 14. num. 3. Vnde Simanc. per totum illam titulum plura hinc adducit, quae publicantur heretico, & alia plura, quae non publicantur, de quibus ibi per cum: & de iuribus conditionalibus ultra ipsum agit bene Farinac. in questionibus crimin. 1. tom. de delict. & pen. questionibus 25. num. 142. cum sequentibus, & Petegrin. de iure fisco. lib. 5. titul. 1. num. 77. & 93. cum sequentibus, qui num. 84. cum pluribus sequentibus latissime agit de iuribus, & obligationibus quae transeunt in fiscum propter crimen heresis, quae non transeunt a num. 91. cum sequentibus. Quoad secundum, a quo tempore bona hereticorum publicentur, ultra Sanchez vbi supra, num. ab eo die, quo in heresim incidunt, vel postea? lex etenim Pontificia nihil aliud ait, quam quod bona hereticorum ipso iure confiscata sint, vt in d. cap. cum secundum leges. Et cum text. ille non distinguit, innuit id procedere etiam si hereticus habeat filios Catholicos: licet enim bona hereticorum filiis eorum Catholicis relinquerebantur, l. Manichaeos, & l. cognouimus, C. de heret. l. 2. titul. 26. part. 7. in versic. orro si decimus, & l. 7. titul. 7. part. 7. Quod quidem iudicium esse aiunt quam id, quod hodie constitutum est, horum benignus affectus laudandus quidem est. Expediit tamen Reipub. vt filij quoque hereticorum egestare laborent. Merito igitur antiqua iura (nempe lex Manichaeos, lib. cognouimus, Authenti. idem est, C. de heret. & cap. Iudei 1. questionibus. 4.) sunt abrogata, quamuis non desint qui putent ea hodie seruanda esse, cuius farinae est Ioan. Anibal. in l. post contractum, numer. 377. ff. de donat. Verum opinio eorum communiter damnata est, secundum Simanc. tit. 9. numer. 4. & contrarium probat text. in authent. Gazaros, C. de heret. & cap. vergentis, de heret. & ibi glossa communiter approbata, & tenet etiam glossa expressa in d. cap. cum secundum leges verbo ipso iure, ibi: & puto similis in summa 23. questione 7. quam ultra ordinarios ibi approbat Repertor. Inquisit. verbo confiscatio, §. filiam nepotis. Sequitur Angel. de Claual. in summa, verbo heresis, §. 7. Syluester eodem verbo heresis el primero, question. 8. versic. 3. parua idem in verbo, legitima, sequitur Palat. Rub. in rep. cap. per vestras, de donat. in ver. & vix. in 3. notabil. §. 13. numer. 14. Est communis secundum Iul. Clar. §. heresis, in versic. & scias, & eam bene probat Simanc. vbi supra, cum numeris sequentibus, communem etiam eam testatur Didac. Perez, in dict. lib. 1. titul. 1. lib. 1. ordinam col. 33. & de consuetudine seruata, & ita practica

practicatur secundum Canter. vbi supra, num. 14. pag. 373. colum. 2. in princip. & num. 20. vbi eam sequitur probat & defendit, ac communem proficitur. communem etiam dicit Iulius Clar. §. heresis num. 14. Rojas de heret. 2. part. assertione 16. num. 191. Azeued. in d. l. 1. num. 217. & 218. sequitur & ampliat pluribus modis Tyber. Decian. 1. tom. cap. 45. num. 2. §. 3. & numeris sequentibus pluribus modis limitat: est etiam communis secundum Farinac. in suis questionibus crimin. 1. part. q. 24. num. 44. Et in hoc seruandum est praedictum ius Canonicum, non vero leges Partitarum, vt late probat Gregorius Lopez, in d. l. 7. tit. 7. par. 6. glossa 1.

5 Quod & in crimine laesae Maiestatis humanae locum habet, vt aduersus Budeum & Igneum cum aliis probat Simanc. vbi supra, n. 6. athenat Farinac. vbi supra, n. 47. per I. quisquis, §. filius, C. ad l. lul. Mai. aut. bona damnatorum, in fin. C. de bon. prescript. & probatur iure Regio in l. 2. tit. 2. & in l. 9. tit. 31. p. 7.

6 Inquit tamen Cantera vbi supra, num. 28. in fin. quod vidit ex misericordia per Inquisitorem generalem, & Confilium Inquisitionis fuisse cautum, vt filia cuiusdam heretici dotaretur ex bonis confiscatis patris: & quod sic fuit bis factum tempore, quo fuit Inquisitor. Imo & forte idem cum aliis probat dicens esse communem opinionem Peregrin. de iur. fisco. lib. 5. titul. 1. num. 76. & Iatus Farin. d. quest. 24. num. 46. cum communi, & num. 47. ampliat vt procedat etiam in crimine laesae Maiestatis secundum communem.

7 Similiter D. Simanc. d. titul. 29. num. 12. inquit, maiores nostros quodam instructionis capite decreuisse, vt filij hereticorum impuberes, qui puiati fuerint parentum bonis, educerentur, & alantur cura Inquisitorum apud aliquos viros Catholicos & religiosos, qui eos fidei Catholicam docerent, vt in prima instruct. Hispal. cap. 21. Lupus Senior in tractat. de heret. cap. 18. & Lup in cap. per vestras, §. 72. & Corral. in l. qui liberos num. 62. ff. de iur. nupr. Quaeiada quest. 24.

8 Imo indistincte, quod vnus liberos alendi, vel etiam uxorem inopem, in fisco successorem in bonis publicatis transeat, tenet & probat cum communi Beccius consil. 8. per totum, & cum aliisque referens Peregrin. vbi supra, num. 75. & 76. vbi tandem inquit, quod in hoc negotio Cutiarum consuetudines sunt explendae, & attendendae. Filio autem orthodoxo, & fidei proculdubio pater hereticus, Iudaeus, vel Infidelis tenetur exhibere alimenta, lege cognouimus, §. sed ne videmur, Cod. de heretico, & ibi Saliect. probat late plures allegans Petrus Surdus de aliment. tit. 1. quest. 4. per totam, vbi quod eadem ratione tenetur dotare filiam, quae sic ad fidem conuersa. Imo & quod talis filius ad fidem conuersus potest compellere patrem adhuc viuentem ad consignandam sibi legitimam, vt ibi late probat cum Anania contra Ioannem Licirier.

9 Sed redeundo ad questionem secundam principalem praedictam a quo scilicet tempore bona hereticorum confiscentur, communi omnium consensu receptum est vt exemplo eius, qui crimen laesae Maiestatis humanae commisit, de quo in l. fin. C. ad l. Iuliam Mai. & d. l. 2. tit. 2. p. 7. a die commissi criminis bona heretici omnino publicentur, vt testatur D. Simanc. d. tit. 9. n. 21. & tenent omnes scribentes in dictum c. cum secundum Praxim Criminalis.

leges, & Cantera vbi supra, num. 14. cum seqq.

Hinc plura efficiuntur, quae deducunt & latius proseguuntur Simanca & Cantera vbi supra, concernentia prohibitionem alienationis bonorum ab heretico faciendam, atque ipsorum administrationem ex die commissi criminis. §. Si tamen crimen heresis sit omnino occultum, & sic mentale, quod exterius non prodit, vel si prodit omnino non potest probari, bona praedicta non confiscantur, vt probat Cantera vbi supra, num. 18. Tametsi Bursar. consil. 289. contrarium sentit plures allegando, quem sequitur Petrus Surdus de aliment. titul. 9. num. 8. vbi quod ita a paucis mensibus circa, Senarus ille Mantuanus iudicauit, & quod sic etiam seruant heretica prauidit Inquisitores, vt sibi super eo facto interroganti respondit quidam Civitatis Inquisitor. Facit etiam secundum ipsum ibidem, numero tertio, quia Hereticus occultus non minus amittit rerum suarum dominium, & administrationem ante sententiam, quam si esset manifestus, & sententia condemnatus ex Geminian. quem referit in cap. cum secundum, §. confiscatio, de heretico, in 6. Sed nihilominus de rigore iuris tenet primam superiorem sententiam, nisi aliud cautum vel obseruatum fuerit, vel sit in officio Sanctae Inquisitionis. In heretico mentali cessat controuerfia, quia eorum bona non confiscantur, quod si probati potest, licet sit occultus Hereticus, fisco vendicans res venditas ab eo non tenetur pretium emptori restituere, vt proficitur omnes in d. cap. cum secundum leges, & Syluester in sum. verbo restitutio 3. §. 7. & caeteris secunda instruct. Hispalens. cap. 6. & communis sententia receptum est secundum Simanc. dict. tit. 9. num. 27. §. Vbi numero vigesimo nono, cum pluribus sequentibus, refert multos casus, in quibus pretium restituitur ei, qui bona fide cum heretico occulto contraxit, et cum lauit, atque recte meo iudicio probauit: quos hic summam referam, vt in promptu a lectoribus habeantur, & sunt huiusmodi.

Quando nummi soluti extant in bonis heretici, quia reddendi sunt proxtimo emptori, ne fisco & rem & pretium habeat.

Idem est in parte nummorum extante. Pecunia quoque reddenda est emptori, & ei qui occulto heretico bona fide mutuum dedit, si ex ea pecunia factus sit hereticus occupator, vt puta si praedium, aut alias rem emit: nam aut nummi restituenti sunt, aut res nummis empta.

Idem est si hereticus numis illis res suas meliores fecerit, aut hypothecas liberauerit, aut censum redemerit: vel si pretiosos creditores ex ea pecunia dimiserit: vel etiam quando pecunia soluta versa fuit in rem heretici: vel tantumdem ipse consumpturus esset ex bonis suis: vel si pecunia data heretico se ipsum, vel familiam vestiuir & aluit: vel si ea horreum, vel quippiam simile edificauerit: vel aedificium tuens refecerit, si oliugta defecta restaurauerit: si vites propagauerit, vel arbores curauerit, aut flumina auerterit: si in valetudinem suam, aut familie, aut in funus suam pecuniam sibi datam hereticus occultus impenderit. Omnibus enim istis casibus is, qui bona fide eidem pecuniam dederit, tantumdem a fisco recuperare poterit, quinimo fat est impensam esse pecuniam in res necessarias, aut viles, quamuis postea casu perierint. Nec est dilucida probatio exigenda ab eo, qui bona fide rem aliquam ab occulto heretico emerit: quia non est quod ei

possit imputari, qui diuinare non valuit. Et in hoc probabiles coniecturae sufficiunt (secundum veterem opinionem) quas nuncupant referre Simanc. vbi supra, n. 43. cum sequentibus, vbi quid de melioramentis, de quibus omnibus agit etiam Tiber. Decian. d. lib. 5. c. 44. n. 4. Et quod pretium sit restituendum, quando conuersum fuit in vitiatum heretici, & quod hoc praesumatur quando hereticus fuit mercator, ex aliis probat Did. Petez in l. i. col. 35. in vers. postremo quarto, tit. 1. lib. 1. ordinam.

12 Quinimo non tantum à die heretis commissae bona alicui ab occulto heretico reuocantur, sed etiam ea, quae in fraudem filci paulo ante alienauerit, vt si dixerit, se metu confiscationis ea bona alienare, vel si omnia bona sua sine euidenti causa alienauerit, si post alienationem ea possidere reperitur, si statim post alienationem heretis eius detestata fuerit, l. in fraudem, ff. de iure fisci, l. omnes, §. Lucius, ff. que in fraud. cred. tradunt DD. in l. post contractum, ff. de donat. & in terminis Simanc. vbi supra, num. 56.

13 Denique circa nostram quaestionem obseruandum erit, solam rei confessionem in probatione temporis, ex quo quis in heresim incidit, emporibus & creditoribus nocere non posse, nisi rebus creditis comprobata sit, Simanc. vbi supra, num. 60.

14 Hereticus occultus quoad forum fore est capax legati alimentorum, ita vt ante delatam sententiam declarationem ius illi quaeratur, vt probat Burlar. consil. 12. & probat late Petr. Surd. de iur. d. tit. 9. quest. 3; n. 8. 9. & 10. aduersus Melech. consil. 185. num. 7. & seqq.

S Y M M A R I V M.

- 1 Bona heretici, quae confiscantur ipso iure à die commissi delicti, quae dicantur?
- 2 Bona filci a heretico, acquisita post condemnationem non veniunt in confiscatione.
- 3 Haereditas patris, matris, vel fratris delata banito post publicacionem bonorum eiusdem filci non acquiritur.
- 4 Bona, in quibus delinquens non habet nisi vsum fructum, an veniant in confiscatione bonorum ipso iure facta propter delictum? & n. sequentibus.
- 5 Prohibitum alienare per contractum, vel ultimam voluntatem, non etiam potest per delictum.
- 6 Vsumfructuarius non potest alienare villo titulo vsumfructum, quem habet, alius illum amittit, & consolidatur cum proprietate.
- 8 Qua non possunt transire ad haeredes extraneos, non possunt etiam transire in filcum.
- 9 Vsumfructus bonorum fideicommissi, propter delictum fideicommissarij potest ex confiscatione filco adici. Limitatur tribus modis, n. 10.
- 11 Bona alienari prohibita, vel fideicommissa subiecta regulariter non veniunt in confiscatione bonorum. Ampliatum pluribus modis per totam quaestionem. Limitatur num. 21. & 26. duobus modis, & n. 27. alio mod.
- 13 Prohibitum testatoris, ne bona sua veniant in filcum, sed in alios, quos vocauit, valida est, & num. 14. & seqq, vbi idem probatur in consuetudine maioravi.
- 22 Gravamen in legitima apponi non potest, & ap-

postum ipso iure reuocatur, minusque alienationis prohibito in legitima facta valet, vt in n. 23. Limitatur num. 25.

24 Prohibitum alienare simpliciter non censetur prohibere alienare vsque ad legitimum, & trebellianicam.

De bonis Hæretici, quæ confiscantur?

In eadem l. 1.

Q V A E S T I O XXXV.

V E R O, vterius, quæ dicantur bona heretici, quæ confiscantur ipso iure à die commissi criminis? Et in hoc resoluo, quod illa tantum bona confiscantur, in quibus ipse hereticus habet veram & liberam dominium, à tempore commissi criminis vsque ad tempus sententiæ, in propria & stricta significatione, non vero illa, in quibus habet vile dominium, vel tantum possessionem, vel laxissimè iure probat Canter. in suis qq. crim. c. 17. de haer. apostat. c. n. 10. & 10. Hinc plura deduci poterunt vitia in praxi, quæ cumulat latissime D. Simanc. in suis Cathol. instit. tit. 9. n. 61. cum seqq. & Canter. vbi supra, cum n. seqq.

Illud tamen præcipuum est in proposito, quod in hac confiscatione bonorum non veniunt bona futura acquisita post condemnationem; text. est in l. si mandauero, §. in cuius bona, ff. mandati, ibi: quia publicatis bonis, quidquid postea acquiritur non sequitur filcum, &c. & ibi Bal. & alij, text. in l. eius qui, §. 1. ff. de testa. ibi: Bona quoque, quæ tunc habuit cum condemnaretur, publicabuntur, & ibi Bald. & Paul. de Cast. l. certa forma, vbi DD. C. de iure fisci, lib. 1. c. 10. c. 1. in c. falcis, §. verum ibi, de postmodum acquisita, repetitio non negatur, & ibi DD. de pænis in 6. Simanc. & Canter. vbi supra, Ant. Gom. in 3. tom. var. resol. c. 14. de confis. bon. n. 1. Arias Pinel. in Rub. C. de bon. mater. l. p. n. 13. Boll. in pract. crim. tit. de bon. confis. n. 15. & 66. Est communis, vt plures allegans resoluat Iul. Clar. in pract. crim. §. ff. 9. 78. vers. vterius, vbi refert aliam praxim illius Ducatus: & hæc sequuntur, & communem testantur plures auctores quos refert & sequitur Far. in suis qq. crim. l. p. tit. de delicti, & pæni. n. 133. Sequitur plures referens, & amplians Per. reg. de iur. fisci, lib. 5. tit. 1. n. 132. ¶ Qui in sequent, ex hoc infero, quod ideo hereditas patris, matris, vel fratris delata banito post publicacionem bonorum eidem filco non acquiritur, cum Baldo & aliis, quos ibid. hoc refert. Et in super addit, quod idem est in legitima, nempe, quia parte viuente non est filio debita. Et an bona prædicta futura computentur à tempore sententiæ criminis declaratorie per iudicem late, ita vt bona vsque tunc acquisita publicentur, non autem post sententiam acquirenda, an porius computentur à tempore commissi criminis, agit late Th. Sanchez. in Decalog. præcept. lib. 2. cap. 14. numer. 9. & 10.

Hinc illa quaestio examinada se offert, an bona, in quibus delinquens non habet nisi vsumfructum, veniant in confiscatione ipso iure facta propter delictum, per quod omnia bona delinquentis publicantur? Et vsumfructum prædictum in hac specie non venire in confiscatione bonorum deditur ex supra dictis, idque & dixerunt Bald. in lib. 1. C. de bon. lib. per text. in l. corruptionem, ff. de vsumfruct.

vsumfruct. Alex. consil. 23. num. 14. vol. 1. Conrad. in pract. tit. de pub. bon. num. 3. vers. 3. limita. pag. 429.

5 col. 2. ¶ Quod probatur præterea hæc sententia, & secundo, quia ille, qui non potest alienare per contractum, vel ultimam voluntatem, nec etiam potest alienare per delictum, l. Imperator, & ibi Bart. & communiter omnes, ff. de fideicom. liber. ¶ Sed vsumfructuarius vsumfructum, quem habet, alienare non potest quoniam tit. oneroso, vel lucratio per contractum, vel ultimam voluntatem, imo si defacto alienet statim ipso iure illum amittit, & consolidatur cum proprietate, l. si vero fructus, in vers. & si extraneo, & ibi gloss. Bald. & S. alio ff. de iure ad. §. finitur, & ibi gl. Faber. Ang. & communiter DD. inst. de vsumfr. & alibi: ergo nec per delictum.

7 Tercio, quia illa, quæ non possunt transire ad haeredes extraneos, non possunt etiam transire in filcum, quia habetur loco hæredis extranei, l. 2. C. ad l. l. de vi pub. l. eorum, ff. ad l. l. l. l. mai. l. in a. libertorum, ff. de iure patron. gloss. in l. 1. vbi Bald. & alij C. de bona que liber. & in l. 4. vbi Bart. & DD. ff. de ierod. & releg. est communis reg. vt plures allegans resoluat Farin. d. q. 25. n. 5. sed talis vsumfructus non transire ad haeredes, vt in d. §. finitur, cum finit. ergo nec ad filcum.

8 Nihilominus tamen contraria in hoc sententia est verior, communis, & tenenda, imo quod confiscatis bonis delinquentis, confiscari etiam debet vsumfructus, quem solum habet idem delinquens in dictis bonis, non respectu commoditatis perceptionis fructuum, durante vita ipsius delinquentis condemnati, quam tenet Bart. in l. si postulerit, & ibi etiam Angel. Perusinus, & communiter DD. ff. de adul. idem Bart. in l. si quis in tantum, col. si in vbi quest. C. unde vi, idem Angel. in l. eorum, col. si. num. 3. ff. de danis infect. Paul. de Catt. in l. si finita, §. si de vestigialibus, col. si. ff. de damn. infecto, lal. in §. actiones autem de peculio, num. 65. inst. de act. Angel. de malef. in verbo, & eius bona publicantur, num. 40. Salic. in l. si quis post-hæc, §. 1. num. 45. ff. de bon. proscript. Est communis, vt plures allegans eamque bene probans affirmat, Anton. Gom. l. tom. var. resol. cap. 13. de seruit. mon. 16. vbi respondet fundamentis prioris partis contrariæ sup. adductis, sequitur alios allegans Peteg. de iure fisci, lib. 5. tit. num. 73. & 116. vbi limitat & distinguit.

9 Sed & pro hac communi, & vera sententia adduco bonum text. in l. Statius Florus, §. Cornelio Felicio, ff. de iure fisci, vbi probatur, quod propter delictum fideicommissarij vsumfructus eorum bonorum, quæ fideicommissis subiecta sunt, potest ex confiscatione filco adici durante vita eiusdem, & ibi communiter DD. hoc notant, vt inquit D. Molin. de Hispan. primog. lib. 4. cap. 11. n. 1. & ita practicator secundum Iul. Cla. in pract. crim. §. fin. q. 78. lib. vers. item quæro, ibi si vero fideicommissum, & eam sequuntur plures, & communem testantur, quos refert & sequitur late eam probans Farin. d. q. 25. n. 34.

10 Quod solet communiter restringi, quando vltra tacitam prohibitionem, quæ ex fideicommissio resultat bona expresse alienari prohibita sunt, quo casu omnes scribentes censent non esse etiam vsumfructum eorum bonorum viuente possessore filco adiciendum. Hæc est communis & vera sententia, quam refert, & probat pluribus allegans D. Molin. vbi sup. num. 11. & latius lib. 1. c. 20. num. 9. & late idem facit Farin. d. q. 25. num. 36. cum seqq. & ita est tenendum, quidquid plura pro vtraque parte adducat Peteg. de iure fisci. Praxis Criminalis.

lib. 5. tit. 1. mon. 98. cum pluribus seq. & mon. 120. in vers. & nota. Limitatur secundo, vt per eundem Farin. vbi supra, mon. 35. Tercio limitatur, vt per ipsum Farinac. ibid. num. 39. ad ff. Vera igitur est opinio præfata Bal. & communis contra & sequaces.

Sed pro concordia dici potest secundum Farin. d. quest. 25. num. 150. quod aut quaerimus vtrum reo mortuo vsumfructus, qui erat penes eum, in filcum deuenire debeat vigore confiscationis factæ de eius bonis, & dicendum quod non, & isto casu procedat prima opinio Baldi negatiua (sed profecto de hoc nemo dubitat, nec loquitur in ea specie Bal.) Aut quaerimus an reo viuente, & eius bonis publicatis vsumfructus, qui erat apud eum, in filcum deueniat durante solum vita vsumfructuarij delinquentis, & tunc verior est, & procedit secunda affirmatiua, & communis Bart. opinio, vt sic in effectu omittis aliis capitibus distinctionis, quæ non faciunt ad propositum post multa hinc inde adducta concludit Nellus in tract. baniti. in 1. p. secundis tempor. quest. 27. prope fin. in vers. sed mihi videtur dicendum, & Nellus refert, & sequitur Gigas de crim. l. 1. l. 2. Mai. lib. 2. tit. de pæn. commis. crim. in tract. l. 1. l. 2. Mai. quest. 19. vers. in hac materia distinguitur in summa igitur Farin. omnino probat opinionem Bartol. & communem contra Bal. & sequaces.

Secundo ex superioribus deducitur, quod bona alienari prohibita, vel fideicommissis subiecta non veniunt regulariter in confiscatione bonorum tex. in aurb. res qua. C. comm. delegat. l. Imperator, vbi Bart. in princip. ff. de fideicom. liber. Quam conclusionem, & regulam sequuntur, & communem profitentur quam plurimi auctores, quos refert, & sequitur Farinat. d. quest. 25. numer. 22. Sed vltra ipsum hoc apud omnes communi decreto receptum est secundum D. Molin. de Hispan. primog. lib. 4. cap. 11. num. 1. cum sequentibus, & quod res per testatorem expresse alienari prohibita fauore familie, vt in familia permaneat, non transcat in filcum, sed quod publicatis bonis delinquentis possit per illos de familia statim vindicari, vt in d. l. Imperator tenet etiam plures citans Peteg. de iure fisci. lib. 5. tit. 1. num. 98.

Hæc regula ampliatur primo, vt multo magis bona fideicommissis subiecta, & prohibita alienari non transcant in filcum, quando testator expresse in testamento, vel prohibuit alienationem in filcum ex delicto, vel in casu delicti, alios putà proximiores sibi bene vifos filco remoto substituerit. Tunc nanquecum vnus quisque in rebus suis habeat liberam restandi, & disponendi facultatem, iniquumque sit ingenuis hominibus tollere rerum suarum liberam alienationem, l. sed & si lego, §. consilium, ff. de petitione hæreditaru, l. non vsque adeo, ff. si a parent. qui fuerit manumissus, ¶ ideo huiusmodi testatoris expressa prohibitio, ne bona sua transcant in filcum, valida est secundum Socin. Iun. consil. 49. in causa nobilitum, col. 2. in princip. vers. aliquando & secundo, lib. 3. vbi asserit omnes DD. abique diffcultate hoc tenere, proit illum refert & sequitur Tobias Nonius consil. 97. num. 1. idem Socin. Iun. consil. 34. numer. 7. & 8. eodem lib. 3. Ruin. in l. filius famil. §. Diui, in 4. notab. ff. de legat. 1. cum aliis quos res refert Farin. vbi sup. & Hippol. sing. 314. Et licet prædictæ prohibitionis alienationem, tanquam prima facie factam in fraudem filci, minime valere videbatur

ex text. in d. l. filius famil. §. Dicitur ibi: nec fisco fraudi esse, vbi praesertim Ripa, num. Bart. in l. post contractum num. 9. vers. sexu & vltimus. ff. de donat. Gabriel conuulsi. 24. n. 7. lib. 7. de crim. Alciar. consil. 783. Gardin. Alban. consil. 1. n. 13. & sequenti, non tamen dici potest in hac specie aliquam fraudem esse commissam in fisco, cum testator vtatur iure suo, & allegata in contrarium loquuntur, & intelligi debent, vt procedant quando disponens est ille, qui deliquit, vel delinquere cogitauit. Secus vero si sit pater, aut alius testator, qui nihil deliquerit, nec delinquere cogitauerit, habueritque rationem delicti committendi ad filio, seu ab haerede: tunc enim valet haec dispositio, & non solum non dicitur facta in fraudem fisci, sed imò potius vt dicti filij, ac haeredes à delinquendo terrentur, & sic ob publicam vtilitatem, vt per Tobias Nonium vbi supra, & Marzar. in epitome de fideicom. part. 2. quæst. 47. Bossum in titul. de bon. publ. num. 30. ad f. vers. vnde videmus, & Roland. à Vall. consil. 98. n. 26. vol. 2. quos refert, & sequitur Farin. d. 9. 25. num. 16.

15 Quod nedom procedit in specie præmissa, nempe in prohibitione translationis vtilis domini, vel iuris vtilis fructus, cum hæc omnia sub alienationis prohibitione comprehendantur, vt in l. si. C. de reb. alien. vel non alien. Sed etiam habere locum videtur in simplici prohibitione testatoris, ne scilicet possent ex delicto fisco adici commoditates bonorum maioratus, durante vita possessoris, illos ab ipso possessore non auferendo: licet enim id solo fauore possessoris introductum esse videatur. Et quod non possit institutor maioratus efficere, vt commoditates bonorum ipsius maioratus possessoris fisco non adiciantur, cum ex hoc præiudicium aliquod maioratui non inferatur, iamque in hoc non de ipsius maioratus conseruatione, sed de fisco fraudando. Et de possessore delinquente subueniendo absque aliqua alia ratione agatur, quod maioratus institutoris permiffum non est. l. filius famil. §. Dicitur ibi, nec fisco fraudi esse, ff. delegat. 1. Nec possit maioratus institutor facere, vt leges in testamento suo locum non habeant, l. nemo potest, ff. delegat. Ex quibus hoc in terminis contra prædictam ampliationem tenet & proculdubio probat D. Molin. d. lib. 4. c. 11. n. 13, 14. & 16. ad fin.

16 Adhuc tamen ex superioribus verior videtur & tenenda prædicta ampliatio institutoris maioratus, ne scilicet commoditates bonorum ipsius possessore delinquente ad fisco perueniant, valeat & seruanda sit: quoniam non ex hoc dici potest aliquam fraudem commissam esse in fisco, cum de iure sit vt in rebus suis vnusquisque habeat liberam disponendi & testandi facultatem, l. cum similibus. C. de sacrosanct. Eccles. & nemini facie iniuriam, nec fraudem, qui vitur iure suo, l. Gracibus, C. ad l. Int. de adul. l. 1. & ibi DD. ff. quod quisque iuris, l. quod Reipublica, & l. qui iniuriarum, §. 1. ff. de iur. l. nemo damnus, l. nullus, ff. de reg. iur. l. 3. ff. de lib. hom. exhib. Et d. l. filius, §. Dicitur, in verbis sup. relatis, in contrarium allegata loquuntur, & intelligi debet quando disponens est ille, qui deliquit, vel delinquere cogitauit, secus aliàs vt probauimus: nihil igitur nobis ille text. obest in proposito. Præterea nulla maior ratio est, quare magis valeat prohibitio testatoris non dominium vtile, vel ius ipsius vtilis fructus transferatur in fisco, vel commoditates bonorumque simplex de qua agi-

mus prohibitio, cum voluntas ipsa testatoris sit attendenda ex summa illa libertate, quam iura concedunt testatoribus disponendi de rebus suis prout voluerint: vtroque igitur casu hæc ratio præsta est ac concurrat. Nec obstat quod in specie præmissa ampliationis non agatur de maioratus conseruatione, sed de fisco fraudando, nec de subueniendo delinquenti, sed imò de arcendo eum à delicto committendo, & sic de bono publico: quod si forte delinquit contra intentionem, & voluntatem institutoris subuenitur successoribus, & sic sequentibus vocatis, vt ipsi potius commoditates bonorum fruatur quam fisco. Quod minime est prohibitum: potest enim quis tempore traditionis rei suæ apponere quæcumque pacta & conditiones voluerit, l. in traditionibus, de pactis. Nec similis prohibitio est contra ius, siquidem nullo iure probari potest, quod stante prohibitione eiusmodi institutoris commoditates bonorum perueniant ad fisco, sed tantum quod committens crimen læsæ Mai. diuine, vel humane, sodomiae, vel perduellionis amittat omnia bona sua. Sed hæc bona maioratus non fuerunt simpliciter sua effecta, sed cum illa modificatione, & prohibitione à primo institutore adiecta, ne scilicet vocari ad successionem, & ad eam per se inuitari eale crimen admittant. Quod fræcus fieret, bona ipsa, vel vtilis fructus, aut commoditates eorum voluit, & disposuit ne transferant ad fisco, sed ad sequentem immediate vocatum. Quis igitur infringere potest hæc dispositionem, & voluntatem institutoris maioratus? Accedit præterea, quod qui commisit aliquod delictum, ex quo bona eius veniunt fisco adicienda, tantum amittit bona sua propria & libera, non autem illa, quæ à genere vel à maioribus suis habuit, generique restituenda sunt l. 3. ff. de inerd. & relegat. l. emancipatum, §. si, ff. de Sena. l. si detem. cum similibus. C. de iur. dot. idem Mol. d. cap. 11. n. 9. Non enim testator hic facit in hac specie quod leges in suo testamento locum non habeat, siquidem nulla l. cauetur quod testator hoc in re propria adiciere non valeat. Præterea sicut Mol. vbi supra, n. 13. fateatur valere similem prohibitionem, ne scilicet dominium vtile, vel ius vtilis fructus per delictum transferatur in fisco, fatetur oportet idem in prohibitione quoque commoditatum bonorum: vtrique namque eodem iure operari debet voluntas testatoris in re propria, cum nulla recta ratio differentie assignari valeat inter vtrumque casum, nec in hoc frans fisci considerari magis potest quam in illo, aut è conuerso. Et ita hæc opinio nem, hoc est, præmissam ampliationem, pluribus comprobatur fundamentis, & autoritate plurium DD. Pereg. de iure fisco. lib. 5. tit. 1. n. 103. cum seqq. vbi quod sic fuit pronuntiatum contra fisco in quadam causa solemniter discussa, sed quod in aliis fuit per aduocatos contrarium responsum, & quod sic pro fisco seruatur.

Sed quæuis hæc ampliatio vera sit, & iure procedat, at tamen ad fugiendas opiniones pro maiori securitate oportet consulere, vt in institutione vinculi, vel maioratus adiciantur verba apposita per D. Molin. vbi supra, n. 16. nempe, quod non possint confiscari commoditates bonorum etiam in vita possessoris, nec per momentum, sed statim dum tractatum fuerit de delicto committendo bona in sequentem successorem & vocatum pertransant, vt per Ant. Gom. in l. 40. Tau. num. 91. in vers. quod tamen singulariter limita et intellige, & probat latius alios allegans idem Mol. lib. 2.

lib. 2. cap. 12. num. 56. Et ita sit & cauetur in his maioribus, & vinculis institutis absque Regia facultate, sed legum tantum auctoritate, nempe vt hora præambula delicti, vel tot diebus præcedentibus bona in sequentem successorem pertransant. Quod iuste fieri posse probat Molin. d. num. 56. & 58. Sed in num. 57. secus esse dicit, & rectè, in maioratibus facultate Regia institutis, vt latè probauimus lib. 2. prætic. quæst. 66. per totam, & nouissimè tenet Canter. in suis questionibus crimin. cap. 1. de hæret. apost. n. 5. cum sequentibus.

18 Sed & multo magis bona prohibita alienari, vel lubrica restitutioni non transferant in fisco, quando pater expressè in casu delicti committendi à filio illam exheredasset iusta de causa, & alium instituisset, vt per Bos. d. tit. de bon. public. num. 30. cum sequentibus, vbi ampliat, & plures adducens Marzar. in epitome de fideicom. 2. part. quæst. 47. in fin. vers. vtrum, quia hodie: sequitur etiam Farinac. d. quæst. 25. num. 27. & 28. vbi n. 29. cum sequentibus, quod ad tollendas omnes difficultates, que pro parte filii moueri possent circa istam expressam prohibitionem, hæc heredis bona transeant in eam, cautela erit, vel quod huius testamenti procuretur confirmatio à Principe, qui ante delicti euentum facile illam conceder, secundum Cælian. Cot. in suis memor. verbo, testamentum in quo, in vers. audiam tamen. Quod apud nos nunquam vidit, nec audiui obseruari fuisse, nec opus est vti simili cautela & præuentione, vel quod testator expressè mentem suam in testamento declarat, vt talem prohibitionem facere principaliter, non causa fraudandi fisco, sed conseruandi bona in sua familia, vt per Marzar. d. quæst. 47. vers. additum tamen fuit. Et hæc est optima cautela, & qua vidi semper vti institutores vinculi, & maioratus, eam ampliat ad alios verbis vberioribus.

19 Secundò principaliter regula superior ampliat, vt procedat non solum in bonis prohibitis alienari, sed etiam in prohibitis diuidi vsque ad certum tempus: talia enim bona, sicut bona alienari expressè prohibita, non veniunt in confiscatione bonorum, vt in specie dixerunt Ruin. consil. 13. lib. 5. num. 15. Roland. consil. 84. num. 30. cum sequentibus volum. 1. vbi respondet contrariis: est communis, vt cum aliis affirmat Farinac. vbi supra, num. 31. eam latè iure probat quidquid valde dubitet de hac ampliatione Pereg. de iure fisco. lib. 5. tit. 1. num. 98. ad fin.

20 Tertiò ampliat, vt procedat etiam in bonis prohibitis alienari extra certum genus personarum pura extra familiam: adhuc namque talia bona minime in fisco transeunt, ita tenet Bart. per illum textum in d. l. Imperator, ff. de fideicommiss. lib. 8. & de magis communi, & seruata opinione testatur Bossum tit. de bon. public. num. 31. Et quamuis ipse ibi contrariam opinionem in puncto iuris tanquam veriore posse sustineri dixerit (quam etiam tenuerunt Immo. in l. si finit. ra, §. si de veltigalibus, col. 1. ff. de damn. infecto, & Alexand. in apostillis ad Barthol. in auctor. in. §. si, Cod. de sacrosanct. Eccles. & l. in l. si quis via, §. ea lege, colum. penultima, ff. de verb. oblig.) per hoc tamen non est recedendum in iudicando & consulendo à priori sententia magis communi, & etiam in practica seruata secundum Farinac. d. quæst. 25. num. 32. vbi num. 33. hoc præsertim verum intelligit quomodo vltra prohibitionem alienationis extra familiam testator adiecit causam, quia scilicet volebat eadem bona per-

manere in familia, seu agnatione: quia tunc dicitur inductum fideicommissum non solum in casu contrauentionis & alienationis, sed etiam in casu mortis, & legitima successione, secundum veriosum, & magis communem sententiam, quam ibi refert, quam plurimorum auctorium.

Limitatur præmissa regula sic ampliata, vt 1. non procedat in legitima: hæc enim non confiscatur, quamuis cætera bona sint fideicommissio subiecta, & prohibita alienari in fisco transeunt ex delicto confiscatione bonorum digno, Bald. consil. 8. in 4. vol. quem ad hoc refert & sequitur Gigas de crim. l. a maiest. lib. 2. tit. de pier. 9. 13. Roland. à Vall. consil. 31. num. 28. cum sequenti, lib. 1. & consil. 98. sub num. 11. vol. 2. Clarus d. 4. 78. vers. item quero nanquid, prope fin. ibi, & etiam in omnem casum Farinac. d. quæst. 15. num. 40. cum tribus seqq. ¶ Que sententia probatur eo 22 vulgari fundamento, quod in legitima nullum apponi potest grauamen, & appositum ipso iure reicitur, l. quoniam in prioribus, & ibi communiter DD. C. de inoffic. test. Roland. consil. 78. num. 1. cum seqq. & consil. 25. num. 4. volum. 1. Cephal. consil. 145. num. 2. vol. 1. Pacil. consil. 17. num. 6. lib. 7. Bartat. consil. 102. num. 12. lib. 1. & latè materiam persequit Menoch. in d. l. quoniam in prioribus, §. 10. lib. 1. de success. creat. vbi constituit regulam cum centum limitationibus Hieron. Chucal. in tract. de legit. §. legitima nullum grauamen admittit per totum, Gabriel. tit. de legum. conclus. 1. per totum, lib. 6. Bernard. Diaz in reg. 112. ¶ Minusque in legitima alienationis prohibitio facta valet, Bertrad. consil. 197. in fin. vol. 1. & consil. 173. col. 3. vol. 3. Gabriel. d. conclus. 1. num. 15. cum aliis relatis per Ioseph. Ludouic. decis. Lucens. 28. n. 23. cum sequenti in 1. part. ¶ Et prohibitus alienare simpliciter, non censetur prohibitus alienare vsque ad legitimam, & trebellianicam, Bald. consil. 99. factum tate est, Nicol. lib. 2. & consil. 161. super eo, quod quaritur, lib. 4. hæc & alia adducit, & sequitur Farinac. vbi supra, pro comprobatione d. limitationis, quam veram & tenendam esse quoque censet.

Sublimita hæc limitationem, vt non procedat quando testator prohibuisset alienationem omnium bonorum suorum vsque ad certum tempus, puta 25. ann. propter imbecilem etatem filiorum suorum: quia cum tunc valeat huiusmodi prohibitio etiam quoad legitimam, cum non onerosa, sed fauorabilis à iure iudicetur, iuxta communem Doctorum sententiam, quam refert & sequitur Farinac. d. quæst. 25. num. 44. merito in hac specie, vt nec quoad legitimam bona sic ad tempus alienari prohibita in fisco transeant, vt cum communi Doctorum sententia resoluit quoque ibidem Farinac. n. 45. loquens etiam in trebellianica.

Secundò & præcipue limitatur præfata refata regula communis, vt procedat quando bona per testatorem sunt prohibita alienari fauore alterius quam prohibiti, vt puta, quia aliter in casu alienationis, vel mortis sit à testatore vocatus: tunc enim verum est talia bona in fisco non tranfire. At secus est, si prohibita sint tantum fauore ipsius prohibiti: quia tunc vetius est prohibito delinquente bona in fisco tranfire, quia propter delictum perditur fauor ille, ita docet Bart. in l. si quis in tantum, n. 22. C. vnde vi, idem Bart. in d. l. si finit. ra, §. si de veltigalibus, num. 13. est communis secundum Rube. consil. 154. n. 2. & D. Cou. in reg. possess. in 3. p. §. 1. n. 6. & plures allegantur.

D. Molin. lib. 4. de Hispan. primogen. cap. 11. numero 5. & Fatinae. ubi supra, num. 46. dubio sequentibus, quod & alibi scilicet passim dicere solent.

27 Hinc est, quod quando personarum quarum causa facta est prohibitio omnes defectum, & sic quando fideicommissum extinguitur in persona ipsius delinquentis, tunc bona fideicommissaria, & alienari prohibita in fisco transeunt sine difficultate, ut per Mendel. conf. 7. num. 19. cum sequenti, & Marfil. singul. 314. quos refert, & sequitur Farinac. ubi supra, d. q. 25. num. 49.

Et post haec scripta de supradictis, & aliis pluribus in materia opportunis latissime agit Thom. Sanch. in Decalog. prope lib. 2. c. 18. per totum, qui omnino est videndus, quoties calus contingit, & sequenda quae magis veta, & tenenda videbuntur.

S V M M A R I V M.

- 1 Vxor, & caeteri creditores haeretici an preferantur fisco pro dote, & suis creditis? & numeris sequentibus. Et in dote distinguuntur an vxor ante contractum matrimonium sciuerit maritum futurum esse haeticum, vel non cum suis declarationibus, & ampliationibus, & modus restituendi dorem in hac specie ponitur? num. 16. & 17. & de caeteris creditoribus mariti agitur n. 60. cum sequentibus.
- 5 Consecratio bonorum haeretici non debet alia esse damnosa. Unde bona aliena reperta inter bona haeretici sui domini sunt illico restituenda, ut in n. 6. Similiter & bona subiecta restitutioni, qua possidet haeticus, ut in num. 7. & 8.
- 18 Vxoris dos propter ipsius delictum an confiscetur, quando, & quomodo? & numeris sequentibus.
- 21 Dos uxoris non confiscatur regulariter propter delictum mariti, confiscatione bonorum suorum dignum, num. 1. cum numeris sequentibus. Ampliatur & limitatur pluribus modis hoc num. 21. cum pluribus & sequentibus. Et quid de dote confiscata? n. 25. cum sequentibus.
- 30 Confessio dotis recepta an probet, quando promissa dotis, aut dotale instrumentum praecesserit? & numeris sequentibus, & an tunc praedictos creditoribus inter modis hypothecariae, num. 32. cum seqq.
- 35 Dos constituta a marito uxori ante crimen ab eo commissum non confiscatur.
- 36 Bona paraphernalia uxoris, & alia eius propria non veniunt in confiscationem bonorum mariti ob crimen ab eo commissum, nec donationes propter nuptias, nec arra uxori data, ut in num. 37.
- 39 Donationes factae uxori a consanguineis viri, & contra, an confiscentur ob crimen viri? & numeris sequentibus, ubi plures casus referunt, in quibus praedicta donationes acquiruntur ei, cui nominatim fiunt.
- 48 Donatio inter virum, & uxorem constante matrimonio facta regulariter non valet, morte tamen confirmatur, si renouata prius non fuerit. Ratio autem prioris partis huius distinctionis est, propter delictum uxoris contrahentis scilicet matrimonium cum haeretico, & ideo punitur

- 60 Creditores haeretici qui preferantur penam fiscalibus? & numeris sequentibus praecipue n. 66. cum seqq.
- 64 Fiscus non tenetur ultra vires hereditariae, etiam si non fecerit inuentarium, & n. 83.
- 65 Fiscus in omni casu, in quo capis bona confiscata, tenetur satisfacere creditoribus delinquentis de bonis incorporatis, necnon & ad delegata, fideicommissa, & ad alia omnia hereditaria, ad qua ipse delinquens tenebatur, & plura circa hoc num. 70. cum sequentibus.
- 66 Fiscus habetur loco heredis, quando ob crimen delinquentis confiscantur eius bona.
- 67 Omnes actiones actiuae, & passivae transeunt in heredem, ex quo plurima deducuntur, de quibus remissive, num. 68.
- 70 Fideiusor debitoris condemnatus pro crimine heresis, vel tertium possessor consentius a creditoribus eiusdem debitoris, quid facere debeas, & quo remedio uti debeat, & possit, ad se excusandum a praedicta condemnatione, & numeris sequentibus, & num. 81. cum seqq.
- 83 Delinquens restituens ad bona confiscata tenetur suis creditoribus satisfacere, sed potest in eorum favorem cedere sua bona, & hoc faciendi liberatur.
- 84 Fiscus haeres testamentarius, inuentario non confesso, non tenetur ultra vires hereditariae.
- 85 Fiscus non tenetur satisfacere creditoribus ex alio delicto, ut hic.
- 86 Fiscus hic deum tenetur solvere creditoribus hereditariis condemnatis, quoties succedit in omnibus bonis ipsius, vel quota eorum: sed si rem fuisset condemnatus in certam pecuniarum summam, qua tunc in subsidium tenetur, ut hic.

An vxor & caeteri creditores haeretici preferantur fisco pro dote, & suis creditis?

In eandem legem primam.

Q V A E S T I O XXXI.

V A R O denique, quid dicendum sit de dote mulieris, & de caeteris creditoribus haeretici, an preferantur fisco? Et in hoc quoad primum de dote uxoris haec distinctio est servanda.

Mulier, quae ante contractum matrimonium sciebat maritum esse haeticum, non repetit dorem, imo confiscatur dos simul cum bonis mariti. Si vero ignorabat, non confiscatur eius dos, etiam si postea sciuerit eum esse haeticum, textus expressus iuncta glossa in cap. decreuit, de haeret. lib. 6. quam ibi sequuntur DD. & Tyber. Decia. 1. tom. tract. crimin. lib. 5. cap. 45. n. 10. Idem dicendum est, si post contractum matrimonij fuit vit eius haeticus: dummodo ipsa vxor non fuerit haetica, nec haeresi viri consenserit, vt argumento eiusdem text. & gloss. 1. probat D. Canera in suis questionibus crimin. c. 1. de haeret. apud. & c. n. 22. Ratio autem prioris partis huius distinctionis est, propter delictum uxoris contrahentis scilicet matrimonium cum haeretico, & ideo punitur

punitur in hoc sicut haetica & faultrix haeretici. Et procedit etiam in ipse haeticus (scilicet obligauerit ad restituendam dorem, vel bona ipsius vxoris eidem, vel alij tertio faciendam, cum non possit contrahere post commissam haesim, Canera ubi supra, num. 24. circa fin.

Similiter hac in specie amittit vxor omnia alia bona tam paraphernalia, quae ipsa tradidit marito, quam alia, & ultra hoc punitur sicut suspecta de haeresi & faultrix haeticorum, vt probat Canera d. n. 24. Id limitatur duobus modis primo, quando dos non erat libera ipsius vxoris, quia tenebatur eam alicui tertio restituere soluto matrimonio, vel post mortem ipsius vxoris, quia fuit sibi data sub ea conditione, vel graamine, vt fieri potest in dote aduenturaria, & etiam in profectitia, in eo quod excedit legitimam, vel si in testamento esset sibi relicta dos ab extraneo sub ea conditione: tunc enim huiusmodi dos non confiscatur, quia esset in praedictum tertij, cui debet reddi dos, & mulier non habeat in ea plenam ac liberam dominium. Et quia confiscatio bonorum haeretici non debet alii esse damnosa, vt probat Simanc. in insit. Carol. tit. 9. n. 64.

¶ Adde n. 65. hinc efficit, vt si quid alienum receptum fuerit inter bona haeretici, vt puta depositum, commodatum, conductum, id omne illico domino eius erit restituendum.

Sic etiam bona restitutionis subiecta, quae possidet haeticus, non publicantur, sed restituenda sunt ei, cui post aliquod tempus relicta erant, l. Imperator. ff. de fideicommissis. Simanc. alios referens ubi supra, num. 93. quod late differimus in quaest. praecedenti.

Similiter si filio suo rogatus sit haeticus aliquid restituere, id a fisco restituendum est illi, quia pertinet ad filium non tanquam ad heredem, sed vt ad creditorem, l. vnum ex familia, §. 1. & seq. ff. de legat. 2. Ioan. Monach. in cap. cum secundum leges de haeret. in 6. Simanc. ubi supra, num. 94. & Canera ubi supra.

Secunda limitatio Canerae ad eandem primam partem distinctio supra dicta est, vt ipsa procedat quando dos mulieris, vel bona ipsius essent in bonis mariti. Secus autem erit quando ea non esset in bonis mariti, verbi gratia, si mulier habeat dorem, vel alia bona penes aliquem cognatum, vel non erant data marito: tunc enim non confiscantur, donec ipsa mulier condemnetur tanquam faultrix.

Nunc descendamus ad secundam partem distinctionis, quando mulier tempore contractus matrimonij ignorauit maritum esse haeticum (quod in dubio praesumitur, nisi probetur contrarium, l. verum cum simul. ff. de probat. Simanc. in proposito d. n. 9. num. 89.) Et vt tunc minime confiscentur dos nec bona ipsius, si haeresi non consensit, iuxta gloss. fin. in d. c. decreuit, & ibi communis, Didac. Perez alios allegans in l. 1. tit. 1. lib. 1. ord. col. 1. 4. in vers. ulterius dubitatur. Quod est regulare, scilicet, vt dos vxoris non confiscetur propter delictum mariti, etiam quod esset crimen laesae Maestatis, seu alias in casu, in quo eius bona confiscari deberent, vt in l. si maritus in princ. ff. sol. matrim. in l. si quisque, §. vxores sanctae, C. ad l. l. Mar. & in l. si quis post hac, ubi DD. C. de bon. proscripte. Anton. de Butt. consil. 61. stricte non repeto, num. 3. Socin. consil. 121. praemittenda, num. 6. vers. & vlt. respondeo, volum. 4. Plorus consil. crim. diuers. 130. num. 50. volum. 1. Contradict. de public. bon. num. 9. pag. 437. colum. 2. in fin. & num. 11. prope fin. vers. vxoribus, pag. 433. colum. 1.

Rolandà Valle consil. 1. n. 33. cum seqq. vol. 1. Clar. in pract. c. 1. n. 378. sub vers. quare si bona, ibi, publicatis autem bonis mariti, & Boff. in tit. de bon. pub. n. 73. & 75. ubi ampliatur etiam, quod vxor sequatur virum de rebellionem condemnatum. Et est communis, vt testantur Eman. Suar. in sua comm. opin. verbo confiscatio, n. 268. Bonacola in comm. opin. p. 1. pag. 37. col. 2. in fin. vers. confiscatio bonis vxoris, quos ad hoc refert, & sequitur Farinac. in suis qq. crim. 1. p. 9. 25. de delictis & p. n. n. 111. sequitur etiam alios plures referens, & ampliatur Perez. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. n. 82. cum seqq. & iterum num. 118. cum seqq.

Cuius regulae ea est ratio, quia vir in his bonis non habet verum, & liberum dominium, & ideo fisco tenetur eam dorem vxori, vel eius haeredibus restituere. Et praeterea vxor pro marito pati non debet, l. ob maritorum, & per totum titulum, Cod. ne vxor pro marito. nec ex delicto mariti debet vxoris conditio in eius bonis fieri deterior, l. 1. C. ad l. l. de vi public. & l. 1. Cod. de privileg. fisci. cum aliis in proposito adductis per Gigantem de crimin. laesae Maest. lib. 3. tit. 1. 9. 18. ¶ Vbi quod statim viro bannito potest vxor dorem suam reperere, siue bona mariti sint publicata, siue non: §. quia exilium paupertatem inducit iuxta gloss. in aurb. de exhibend. & in rom. i. v. in princ. cum aliis allegatis per O. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de donat. §. fin. vers. quod si vir est in banno, Alex. in l. cum adrem, §. si maritus, in vers. ex his inferi. Imol. ff. sol. matrim. Angel. in l. cum acutissimi, §. illud, Cod. de praescript. 30. num. Roman. consil. 187. & Fatin. ubi supra, ad fin. d. num. 111.

Modus autem restitutionis praedictae dotis, viro existente haeretico, hic est, vt restitutio fiat in ipsis bonis dotis si extant, si vero sint consumpta, ex bonis mariti.

Sed quando dos est in bonis mariti, iterum distinguatur, vt si quidem bona immobilia fuerint dotalia data inestimata, vel etiam aestimata in eum finem, vt scilicet eius valor, non vero vt aestimatio faceret emptionem, tunc ipsamet bona in specie sunt per fisco restituenda mulieri, vel eius haeredibus, provt fuerint, nisi essent diminuta, vel deteriorata dolo, vel culpa lata, aut leui mariti: nam tunc sicut ipse maritus tenetur id damnum refarcire mulieri, vel eius haeredibus, ita etiam ad idem tenebitur fisco in locum mariti succedens, siquidem succedit deducto aere alieno; nisi dos penes vxorem esset etiam peritura, vel minoranda, quia tunc non esset culpa mariti. Si vero bona immobilia in dorem fuerint data aestimata ea aestimatione, quae fecit emptionem, provt in dubio pretio iusto facta praesumitur, vt in lege quoties, Cod. de iur. dot. iuxta late a nobis tradita, & resoluta in materia, consil. 17. per totum, tunc fisco tenetur mulieri eiusque haeredibus soluere eam aestimationem, nec liberaretur, aut satisfaceret offerendo praedicta bona, vt in terminis tenet & probat Canera ubi supra, num. 25.

Sic etiam de contra, licet soluto matrimonio propter vxoris viduae delictum, cum de eiusdem vxoris solo praedictio agatur dos eius confiscetur, vt cum communi plures allegans resoluit Farinac. ubi supra, n. 112. ¶ Si tamen vxor deliquerit constante matrimonio, tunc cum agatur etiam de interesse viri, qui eo tempore dicitur dominus dotis, l. doce ancillam, Cod. de rei vendicac. idcirco multo verius est, in eiusdem viri praedictum dorem minime confiscari posse, nisi in quinque casibus,

casibus, videlicet, Maieftatis, vis publicæ, patri-
cidij, beneficij, & ficatij, vt probat text. in l. quin-
que legibus, & ibi Doctores, ff. de bon. damnat.
Est communis vt alios allegans concludit ibi Fa-
rinac. num. 113. & 114. vbi num. 115. quod lu-
crum dotis debitum marito ex vi alicuius sta-
tuti, nec etiam propter delictum vxoris confiscat-
tur in dictis quinque casibus constante matrimo-
nio, per text. in d. l. quinque legibus, & ibi glossa,
& Doctores, iuncta l. omnes, vbi etiam scribentes,
ff. de bon. damnat. & Pereg. de iure iur. lib. 5. tit. 1.
num. 83. & 118.

21 Nunc autem prefata communis regula, de
dote vxoris non confiscanda propter delictum
mariti confiscatione bonorum suorum dignum,
ampliat primo vt licet in hac specie vxor non
possit eiusdem dotis confiscationem impedire,
quia non habet pro eius restitutionis securitate
nisi hypothecam in bonis mariti, sed bene
possit dotem postea à filio repetere, vt tenent
quamplures Doctores congesti per Farinac. vbi
suprà, num. 116.

22 Si tamen in instrumento dotali vxor habet
clausulam constituti, per quam & dominium, &
possessio transferatur, vt per DD. in l. quod meo,
ff. de acquir. poss. tunc, & eo casu possit vxor in-
stistere possessioni bonorum dotalium, & eorum
publicationem impedire, donec sibi sderit satisf-
factum de dote, & donatione propter nuptias,
de quibus in d. instrumento, vt optime probat
Roland. à Valle consil. 31. num. 37. cum sequenti-
bus, vol. 1. quem refert, & sequitur Farinac. vbi
suprà, num. 117. qui numero sequenti plures citans
probat, quod & si eadem vxor in instrumento
dotali clausulam constituti non habuerit, sed
23 tempore confiscationis vel penes se habeat res
dotales, aut alia bona mariti sibi pro dote hy-
pothecata, vel etiam reperiat in possessione
bonorum eiusdem mariti sibi pro dicta dote obli-
gatorum, que viuente marito iure familiarit-
atis possidebat, tunc pariter & eo casu fauore
dotis datur vxori retentio, & consequenter pòte-
rit bonorum confiscationem impedire, donec
sibi de dote fuerit satisfactum: & quod non est
necessarium vxorem declarare animum suum,
scilicet bona retinere iure hypothecæ dotalis, cum
sufficiat causam possidendi superuenisse: quicquid
contrarium consulendo tradiderit Roland. à Val-
le consil. 77. n. 28. cum sequentibus vol. 1. Sed cum
causa possessionis alleganda sit, consequitur nec-
essario addendum fore ratione retentionis dotis
se possidere.

24 Addit Angel. in l. si quis per illum text. in vers.
veluti, c. c. de bon. damn. quod si maritus tempo-
re confiscationis habuerit penes se vltra dotē ali-
qua alia bona, seu res spectantes ad vxorem tunc
& eo casu vxor potest propria auctoritate in res
suas detentas per virum ingerere manus, ne oc-
cupentur per fiscum. Subdens propterea, quod
earta debet esse vxor, vt cum timet bona mariti
confiscari, vel eadem videt confiscata, non expec-
tet iudicis auctoritatem pro occupando bona
sua, sed ipsamet manu iniciat, quantumcumque
illa bona per virum detineantur, sequitur Angel.
de malef. verbo & eius bona publicamus, num. 10.
& Conrad. in pract. tit. de public. bon. n. 9. pag. 432.
col. 1. vers. subiungit tamen Angel. & Farinac. vbi
suprà, num. 119.

25 Ampliat secundò prædicta communis regu-
la, vt procedat etiam in dote confiscata, quando
lapsa sunt tempora ad opponendum exceptionem
non numeratæ dotis, Fiscus namque in hoc nul-

lum habet speciale priuilegium, sed sicut maritus
priuatur potestate opponendi exceptionem non
numeratæ dotis, quando lapsa sunt tempora ad
illam opponendam, ita pariter & fiscus iuxta
communem plurimorum sententiam, quos refert
& sequitur Farinac. d. q. 15. n. 120. cum duobus se-
quentibus. Sola namque confessio mariti receptæ
dotis non sufficit ad hoc, vt solum eius virtute
fiscus teneatur vxori dotem restituere, nisi ipsa
aliis quoque probationibus viro traditam esse
docuerit, nisi in casibus de quibus per Anton.
Gomez in loco statim citando. Hæreses namque
mariti atque ideo fiscus qui eius successor est, vti
possunt aduersus vxorem exceptione dotis non-
numeratæ ita tamen, vt innta annum continuum
à morte, vel condemnatione mariti ea exceptio
proponatur, l. et. C. de dot. caut. non num. ita Si-
manc. alios allegans d. tit. 9. num. 67. & 69. intel-
lige vero cum declaratione Authenticæ postre
post, d. l. circa tempus, quo proponi debet præ-
dicta exceptio, vt declarat bene An. Com. in l. 51.
Taur. cum sequenti, num. 72. Eandem ampliatio-
nem principalem, vt sola confessio mariti de do-
te recepta non præiudicat fisco, testatur commu-
nem Boss. de bon. public. num. 49. & sequitur Can-
tera vbi supra, num. 62. qui tamen fallitur, dum
eam limitat, quando esset notorium dotem tradi-
tam fuisse: quia tunc teneretur fiscus illam dotem
reddere absque alia probatione. Hoc namque fal-
sum est fisco negante dotem traditam fuisse, vt
pater, nisi traditio probetur, vel confessio huius-
modi adiudicentur aliquibus iudiciis, vel conse-
cturis, ex quibus verisimiliter coniecturari possi-
mus verè dictam dotem esse receptam, vt late
probat D. Conar. lib. 1. var. resol. c. 7. n. 6. vers. sic
ex confessione, Malcard. d. prob. 1. tom. consil. 362.
num. 14. 15. & 16.

Similiter verum esse non credo alterum dictum
eiusdem Canteræ, dum tenet quod si confessio
prædicta esset emissã ante delictum fisco negan-
te traditionem dotis, etiam si traditam sit bienni-
um à tempore confessionis ante delictum,
adhuc ipsa mulier teneretur probare numerationem
dotis, nam prædicta confessio censetur dona-
tio inter virum & vxorem, que non consti-
tuitur nisi morte viri, sed eo tempore, vel tempo-
re sententiæ non potest aliquid donate: ergo con-
firmatio locum non habet, ita Canteræ vbi sup-
in vers. ergo cerit credo. Nam præterquam quod
in illo articulo, an confessio dotis receptæ à ma-
rito matrimonio constante habeat vim donationis
(provt censet habere Canteræ vbi supra) ad-
sunt duæ opiniones sibi inuicem repugnantes,
& media quædam alia sententia, quas refert
D. Conar. vbi supra, num. 4. in vers. primum, &
in vers. sed quod etiam, & quatuor senten-
tias diuersas in hoc refert Thomas Sanchez
lib. 6. de matrimonio, disputacione 9. per totam. 29
& communis sententia atque tenenda est, quod
lex si quis post hæc, Cod. de bon. prescrip. non
admittens contra fiscum dotem confessatam,
procedit in dubio si post reatum fuit confessata,
secus si ante reatum, & transierit tempora op-
ponendæ exceptionis, quia tunc non potest fis-
cus opponere, sicut necis cui succedit, vt in ter-
minis tenet Salic. ibidem, colum. 2. vers. scilicet, que
tamen hic de dote, sequitur Afflict. decis. Neapo-
lit. 402. col. 4. in fin. & licentia, in cap. 1. §. diffida-
mus, de statut. & consuet. & Rub. Alex. consil. 78.
colum. 2. in fin. num. 4. in vers. non obicit reatus,
communem dixit Bald. nouel. in tract. de dos.
part. 10. colum. 7. in princip. vers. nisi in primò,
quos

quos refert & sequitur Roland. à Valle con-
sil. 31. num. 40. cum sequitur ofque in fin. consil.
vol. 1. Plotus consil. crim. diuers. 130. num. 51. vol. 1.
& probat bene Farin. d. q. 25. n. 122. & diximus
suprà in principio huius ampliationis. Stante igitur
hac vera & communi sententia, iure procedere
non potest contraria præfata Canteræ, quam
improbamus.

30 Quod si dotis promissio, aut dotale instrum-
tum præcesserit, & postea confessio secuta sit, vi-
detur probatam esse dotis numerationem ex tex-
tu in l. in contrahibus, §. sed quoniam, Cod. de non
numerata pecun. vbi dicitur illis etiam securita-
tibus, que post confessionem dotalium instru-
mentorum, de soluta dote, vel ex parte, vel in
solidum exponuntur, nullam non numeratæ pec-
uniæ exceptionem penitus opponi, ex quo tex-
tu ibi communis intelligit, vt ea confessio vim
habeat veræ dotis. Et hæc est communis & recep-
tissima sententia probata in d. §. sed quoniam,
vt affirmat D. Couartu. plures citans vbi supra,
num. 6. est etiam communis secundum Anton.
Gom. in l. 51. Taur. cum sequentibus, n. 52. vers. 4.
limita, & alios vbique. Est communis, vt plures
referens inquit quos, & nos affirmat Thom. Sanch.
vbi supra, num. 10.

31 Dotale namque instrumentum dicitur etiam
id, quod dos marito fuerit promissa, vt notatur in
lege exigere dotem, ff. de iudic. tamen secundum
glossam sin. Alberti, Barthol. & Bald. in d. §. sed
quoniam, ibi dotale instrumentum possit referri
ad id, quo maritus semel confessus fuit se do-
tem recepisse, quasi geminata ex intervallo con-
fessio excludat exceptionem non numeratæ do-
tis. Quam sententiam probat etiam, & sequitur
alios allegans Anton. Gomez, vbi supra, versio
quinto limita. Sed fat est eum textum priorem
interpretationem commodè recipere, vt probet
præfatum communem sententiam: tamen ab
ea distat Arctin. in l. 2. §. creditum, num. 17.
ff. si cer. petat. ex textu in lege vltim. Cod. de
dot. caut. non numer. cui respondet Couart vbi
suprà, defendendo prædictam communem sen-
tentiam, quam etiam sequitur plures citans, &
magis communem proficiens aduersus Roman.
Angel. & alios Malcard. de probat. 1. tom. consil. 566.
num. 7. & 8.

32 Quinimo secundum Marthæum de Afflict. de
decisione Neapolitan. 41. versio, sed in contrarium,
num. 10. huiusmodi confessio dotis receptæ post
præcedentem dotis promissionem præiudicat cre-
ditoribus hypothecariis intermediis, vbi affirmat
sic ex concordati sententia à Regio prætorio deci-
sum fuisse, idem voluit Boer. singul. 56. verbo con-
fessio, citatus à Malcard. vbi supra, num. 9. ergo &
fisco præiudicabit in nostra specie.

33 Nihilominus tamen in specie præmissa con-
traria opinio in puncto iuris verior & tenenda
videbitur, nempe, vt alius quoque præsumptio-
nis, & verisimilium coniecturis opus sit, ne con-
fessio in fraudem fisci, aut creditorum fortè simu-
lata sit, vt his in terminis probauit Simanc. dist.
tit. 9. num. 68. Et quod præcipue in criminalibus
contra fiscum dicta confessio cum cautione do-
tis non probet datam esse, sed oportere vt reue-
ra confiter ab vxore traditam, constat ex Mar-
thæo de Afflict. in constitutione Neapolitan. vt
Magister iustitiæ, Rubrica 40. num. 40. n. 5. lib. 1.
quem ad hoc citat idem probans Malcard. con-
sil. 362. num. 5.

34 Et quod prædicta confessio, præcedente etiam
promissione dotis, creditoribus non præiudicat,

tenuit etiam Bald. nouel. in tractat. de dote 10.
parte princip. num. 18. versio, septimo fallis, idem
in l. 1. num. 148. in versio, aut contrarium, ff. solut.
matrim. scribens hanc dotalem hypothecam mi-
nimè fore præferendam creditoribus, quibus
post dotis promissionem ante eius receptæ con-
fessionem maritus bona iure hypothecæ obli-
gauit: idem consuluit Gratus consil. 36. versio,
præfata in præiudicium creditorum, vol. 1.
Et cum hac opinione ex eo videtur transire
D. Conar. vbi supra, num. 6. versio, ceterum, quod
eam vltimo loco reuoluerit, nec ipsam improba-
uerit, aut priorem contrariam probauerit. Quin-
imo non tantum anterioribus, sed nec etiam po-
sterioribus creditoribus præiudicari consuluit
Ruinus consil. 137. in princ. vol. 3. cum quo vide-
tur transire eodem modo expensus, quo Couart.
Malcard. d. consil. 566. n. 10. qui est vltimus eius-
dem conclusionis.

Ampliat tertio principalis regula, vt proce-
dat etiam in dote constituta à marito vxori ante
crimen commissum (vt solet fieri propter inæqua-
litatem personarum, vel alia ratione) nam si de
hoc constitit, fiscus tenebitur soluere huic mu-
lieri dotem huiusmodi: secus si post crimen com-
mune id fiat, ita & re è declarauit Canteræ vbi
suprà, d. num. 26. versio, ego intelligo.

Ampliat & quarto, vt procedat etiam in bo-
nis paternalibus vxoris, & aliis eiusdem pro-
prijs, quocumque tit. acquisitis, & in medietate
lucrorum constante matrimonio acquiritorum,
cuius augmentum crescit vsque ad sententiam
publicationis bonorum declarationum, vt in l. 77.
Taur. Omnia enim prædicta non confiscantur
propter delictum mariti, sed vxori eiusque hære-
dibus sunt restituenda, vt in d. lege regia: imò ea
propria auctoritate vxor capere potest & retine-
re, vt prædiximus.

Donationes quoque propter nuptias, nec arræ
vxori datæ, marito hæresis damnato confiscantur,
sed ad vxorem pertinent, quia pudicitie præmio
cedunt: similiter & pars eorum, que data sunt
sponsæ osculo interueniente, vt hæc omnia nun-
cupatim post alios probauit Simanc. dist. tit. 9.
num. 70. 71. & 72. & latius Canteræ vbi supra,
num. 27. cum sequ.

Ampliat quinto etiam in dote, que debetur
vxori pauperi sine dote, vel cum modica dote vi-
ro diuiti nuptæ, iuxta dispositionem authentic.
præfata, Cod. unde vir & vxor. Confiscatis enim
bonis mariti non censetur confiscata eorundem
bonorum quarta pars, & sic dos que vxori de-
betur ex dispositione dictæ authent. præfata, ita
apertè probat textus in authentica, bona damnato-
rum, vbi glossa & Doctores, C. de bon. prescrip.
& in §. fin. vbi Angel. in authentica vt nulli iudic.
& est communis vt per Socin. conf. 121. præmit-
tenda, num. 1. & sequenti volumine 4. Contad. in
pract. tit. de pub. bon. num. 11. in fin. in vers. scilicet,
vxoribus eorum dotem, & c. pag. 433. col. 1. Plotus
consil. crimin. diuers. 130. num. 41. & sequentibus
lib. 1. quos refert & sequitur Farinac. dicta q. 25.
num. 123. vbi ampliat vt procedat etiam si con-
fiscatio fieret vigore alicuius particularis statu-
ti, vel constitutionis, & etiam quod confiscatio
fiat propter crimen læsæ Maieftatis, vt ibi bene
vtrumque probat. Eandem quintam ampliatio-
nem sequitur & probat Peregrin. de iure iur. lib. 5.
tit. 1. num. 81.

Sextò ampliat dicta communis regula, vt
procedat etiam in donationibus factis vxoris à
consanguineis viri, & è consta: sunt enim illius,
cui

cui donantur, ac proinde propter hæresim viri non publicantur donationes huiusmodi factæ vxori à consanguineis viri, nisi tempore donationis dictum fuisset vt marito acquirantur, vt tenent Simanc. & Cantera ubi supra, in numeris sequentibus. Idemque esset in casu conuerso, Simanc. num. 76. Cantera pag. 361. in versic. & secundum hoc. Ego vero censo veritatem huius articuli necessario pendere ab illa difficili & perplexa questione, cui acquirantur prædictæ donationes cum fuerit. Hoc namque cognitio facilis & in promptu erit responso ad nostram.

40 Quare eam resoluendam esse existimo ex regula cum sex fallentis, quibus illam absoluiimus lib. 2. præd. questionum. g. 120. per totam, præcipue num. 12. cum sequ. nempe vt in dubio donata à consanguineis vel amicis viri vxori, censentur donata contemplatione viri, ac proinde sibi suisque hæredibus acquirantur, & sic filio eius successori, si viri crimen hæresis commiserit, non vero vxori, nec suis hæredibus: & è contra consanguineis vxoris donantibus eius marito, quia tunc vxori quærantur in dubio: ac proinde propter hæresim mariti non publicentur, sed vxori eiusque hæredibus restituenda erunt, secundum magis communem & veritatem sententiam Bart. quam ibi adduximus, num. 8. cum sequ. vbi latè eam probauimus.

Ab hac communi regula excipiuntur sex casus, in quibus ferè omnibus donationes prædictæ acquiruntur ei, cui nominati sunt: ac proinde in eisdem propter hæresim alterius ex coniugibus, cui non quærantur, minimè in præiudicium alterius catholici publicabuntur: sed tantum propter crimen proprium hæresis eius, cui quærantur prædictæ donationes. Et in his casibus saluari potest, & vera erit opinio summæ Simanc. & Cantera.

41 Primus est quotiescumque constaret, donatorem consanguineum, vel amicum viri voluisse donare vxori ipsius contemplatione, & præ maxime si hoc fuerit expressum. Idem erit etiam si contemplatione viri donaret. Si tamen intendet principaliter donare vxori, eique acquiri voluisset, non vero viro, in hac enim specie præcubio vxori acquiritur, non vero viro. Idem est è conuerso in donatis à consanguineis vel amicis vxoris viro.

42 Secundus est quoties in casu regulæ vir nihilominus post ea intenderet donare, donaretque cum effectu eisdem res vxori, hocque constaret: quia confirmatur hæc donatio morte viri præcedente traditione rei donatæ, ac proinde ipsius erunt. Idem erit è conuerso. Sed quoad nostram speciem atinet, nempe committente crimen hæresis vno ex coniugibus, contrarium est dicendum, cum ob id non poterit confirmari morte donatio prædicta; quinimo tacitè censetur reuocata, vt voluit Cantera dicto cap. 1. de heretic. apostat. &c. num. 21. circa fin. & dicemus infra in sequenti tercia limitatione ampliationis, sicut expressè reuocari poterat & reuera reuocatur præcedente vxore, cui facta fuit donatio, vt illic resoluimus.

43 Tertius casus est quoties vxor, cui donatur à consanguineis viri, esset æquè consanguinea, vel proprii ipsi donatoribus, & è conuerso: quia tunc donatio acquiritur ei cui fit. Et in hac specie idem dicendum erit respectu in nostra.

44 Quartus casus est stante consuetudine, vt sic donata in dubio acquirantur ei cui donantur, non vero alteri coniugi, cuius consanguinei, vel ami-

ci donant. Et similiter in hac specie idem dicendum erit respectu confiscationis affirmatiuè, vel negatiuè.

45 Quintus casus est, vt regula communis prædicta procedat quando fuit donata res, vel materia conueniens marito ab eius consanguineis, vel amicis vxori, veluti arma, equi & similia. Idem si esset materia indifferens, quæ poterat competere vtrique coniugi, tunc enim erit mariti. Secus, si res donata conueniebant tantum vxori, veluti vestes muliebres, vel ornamenta gemmarum, & similia: hæc namque erunt vxoris. Idem in casu conuerso. Et iuxta hanc considerationem iudicabitur etiam in nostra specie respectu circa confiscationem horum bonorum faciendam, vel non, propter hæresim vnius ex coniugibus.

46 Sextus & vltimus casus est quoties consanguineus, vel amicus mariti donans eius vxori, prius ab ea aliqua pecunia receperat, vt quia magnam diligentiam adhibuisset in curando eum in ægritudine constitutum, vel quid simile, & postea ille donauit ei aliquam rem: tunc enim res sic donata efficietur propria vxoris & non viri, quia porius videatur facta in compensatiuam atque remanerationem seruiciorum sibi impensorum ab illa vxore, quàm contemplatione consanguinitatis mariti. Idem erit in casu conuerso: ac proinde & in nostra specie confiscationis respectu. Cæterum de prædicta nostra questione practic. 120. lib. 2. latè post nos agit Thom. Sanchez de matrimonio lib. 6. dissertatione 26. per totam.

Ampliatu & septimo sæpe dicta regula communis de dote mulieris non confiscanda propter crimen viri, vt in omni casu, in quo vel ex qualitate criminis, vel ex forma statuti, aut constitutionis delinquentis bona confiscantur, talis confiscatio non trahatur ad bona per maritum vxori donata, vel è contra: & hoc regulariter præterquam pro crimine hæresis & similibus, de quibus infra dicemus.

47 Licet enim regulariter donatio inter virum & vxorem à iure sit prohibita, vt in toto titulo Cod. & ff. de donat. inter vir. & vxor. si tamen donans vsque ad mortem in eadem voluntate persistendo donationem non reuocauerit, valebit huiusmodi donatio tanquam morte confirmata, l. Papinianum, & l. cum hic status, ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. donationes quas parentes, Cod. eodem: latè Anton. Gomez 2. tom. var. resolut. cap. 4. de donat. num. 23. versiculo aduertendum tamen: communis, vt per Clarum, §. donatio, quest. 9. versic. scias autem. Quatuor tamen conditiones ad hoc requiruntur, quas congerit bene declarans Thomas Sanchez d. lib. 6. diff. 14. num. 6.

48 Et non solum morte naturali, sed etiam ciuili ea donatio confirmatur: & ideo viro bannito ac condemnato illius bona vxori donata, & è contra non veniant in confiscatione bonorum, vt probat l. res, qua legata, & in l. res vxoris, Cod. de donat. inter vir. & vxor. Boffius in titulo de bon. public. num. 36. in principio, versiculo, non ita est in donatione inter vir. & vxor. & n. 52. post princip. versiculo: nam donatio inter virum & vxor. Petr. Ducañs in reg. 226. in fin. in nona limitatione, & hos refert & sequitur Farinac. d. quest. 25. n. 128. & vbi n. 129. quod hoc multo magis procedit in donatione, quam vir facit vxori ex causa augmenti dotis, vt ibi cum aliis latè probat. 51 Quinimo & in donatione causa mortis facta inter coniuges:

coniuges: hæc namque morte ciuili etiam coniugis sic donantis confirmatur, ac propterea dicta bona in fiscum minime transeunt propter coniugis donantis delictum. Ita tamen, vt ei donanti non censetur adempta potestas reuocandi eam donationem vsque ad eius mortem naturalem, l. sed si mors, ff. de donat. inter vir. & vxorem l. res vxoris, C. eodem titulo, & pro singulari notat Bald. in l. executorum, col. 9. in versiculo, quero quidam tenent: C. de executione rei iudic. ff. vbi propterea dicit esse singulare remedium fraudandi fiscum, videlicet, vt qui timer ne bona sua à filio vendicentur possit facere vxori donationem causa mortis, quia sequuto banno & sic morte ciuili donatio conualidatur: & non per hoc ipse vir priuatur potestate reuocandi donationem vsque ad illius mortem naturalem, vt in dicta l. sed si mors, & Bald. sequuntur Paul. de Castr. in l. post contractum in vltimis verbis, ff. de donat. lat. in l. si stipulatus fuerim, §. 1. in penultima col. in princip. ff. de verborum oblig. Marfil. singul. 316. incip. accipe, Plotus consil. crimin. diuers. 130. num. 25. volum. 1. & latè comprobatur Boffius in tit. de public. bonorum num. 36. cum sequentibus, vbi testatur de communi opinione, & numer. 52. post principium in versiculo, idem est in donatione inter virum & vxorem causa mortis, Carel Corta in suis moral. versiculo, donatio causa mortis facta à marito, vbi pariter dicit, quod omnes Doctores vbi que commendant decisionem Bald. in dicta l. executorum; nec dissentit Menoch. de presump. lib. 3. presump. 124. numer. 71. quos refert & sequitur Farinac. dicta quest. 25. num. 151. Ego vero hanc communem sententiam ita demum probo, si in fraudem fisci non fiat: alias secus per regulas communes & generales, & in specie dicemus statim.

52 Et procedunt omnia prædicta in hac septima ampliatione etiam quod maritus esset reus criminis læsæ Majestatis in primo capite commissi contra personam Imperatoris: adhuc namque si propter tale crimen eius bona publicentur, non veniunt in huiusmodi confiscatione res prius per maritum donatæ vxori, vel propter nuptias, vel inter viuos, vel causa mortis: quia donatio confirmatur etiam viro damnato propter crimen læsæ Majestatis, vt cum Ploto vbi supra, n. 48. & Socin tenet Farin. vbi supra, n. 132.

53 Limitantur nunc primo omnia dicta in hac septima ampliatione, vt non procedant quando donatio prædicta siue inter viuos, siue ex causa mortis, vel augmenti dotis esset vxori facta in fraudem fisci: tunc enim morte ciuili ipsius mariti non confirmatur, & illius bonis publicatis censentur etiam publicatæ vxori donata in fraudem fisci, l. post contractum, vbi glossa, Bart. & alij, ff. de donat. Boff. in tit. de bon. public. num. 51. in principio, ibi, si sunt factæ concurrentibus suspicionibus, & iterum dicto n. 52. post medium, versic. 2. dubitatur hæc conclusio: ¶ vbi amplius, quod hæc donatio potest dici facta in fraudem, non solum si fiat post delictum, quo casu absque alio donatio dicitur fraudulenta, sed etiam si sit facta ante delictum concurrente aliqua fraudis suspicionem, vt in l. in fraudem, ff. de iure fisci, Anton. Gom. 3. tom. variar. resolut. c. de confiscat. bon. sub num. 4. & de communi testatur Farin. vbi supra, n. 134. post Picum, Boff. & Clarum in pract. crim. q. 78. versic. soler etiam, quos ibi citat.

54 Limitantur & secundo superiora dicta pro septima ampliatione, vt procedant quando mulier tempore banni, & sic mortis ciuili sui viri, reperiatur in possessione rerum sibi donatarum: tunc enim dictæ res non transeunt in fiscum, quia donatio per viri mortem ciuilem confirmata censetur. Secus si tales res donatæ penes vxorem non reperiantur, quia tunc transeunt in fiscum, nec donatio per bannum confirmatur, ita voluit Boff. vbi supra dicto num. 52. ante medium, ibi, interrim igitur vxor staret in possessione. Et ex professo tenet & probat Farin. d. quest. 25. num. 136. ¶ ex eo quod generaliter statutum sit in iure, quod ad hoc vt donatio inter virum & vxorem morte confirmetur, necesse est vt ante mortem mariti interueniat traditio vera, vel saltem ficta, quæ vice traditionis veræ fungatur: alias enim si sola promissio interuenisset donatio non firmatur morte, vt tenet Bald. in d. lege Papiniana. Est communis sententia, vt testatur Cepol. conf. crimin. 8. numer. 3. Covarr. in Rubrica de testam. 3. part. num. 3. Clar. in §. donatio, quest. 9. versic. scias autem, Farinac. vbi supra, num. 137. & est communis, vt plures allegans affirmat, & eam late probat Thomas Sanchez, lib. 6. de matrim. disp. 14. num. 6.

55 Tertio & vltimo præfata septima ampliatio declaratur, vt non procedat quando memoria defuncti damnaretur: tunc enim licet talis donatio facta vxori confirmaretur per mortem ciuilem ipsius donantis, & propterea res donatæ non transeant in fiscum, non tamen sic est quando eiusdem viri delinquentis, & donantis defuncti memoria damnatur, quia tunc talis donatio non confirmatur, sed reuocatur, l. cum hic status 33. §. si donator, versic. si maritus vxori, ff. de donat. inter vir. & vxorem, Bart. in l. post contractum, versiculo, septimo adde, ff. de donat. Salicet. in l. si quis post hæc, colum. 3. C. de bon. proscripti, Boffius, de bon. public. num. 36. post principium, versiculo, que tamen lex recipit limitationem, & numer. 52. ante medium, versiculo, limitatur tamen hæc conclusio, vbi idem probat in dotis augmento, refert & sequitur Farinac. d. 25. num. 151. & Thom. Sanchez, lib. 6. de matrimonio, dissertatione 14. num. 1.

56 Ex quo inferitur, quod cum pro crimine hæresis damnatur persona defuncti, vt in cap. si quis Episcopus, de heretic. l. quoniam venerabilis, C. de Episcopis & clericis, Zanchin. in tract. de heretic. q. 23. n. 4. Farin. dicta l. p. q. de Inquisit. n. 38. Et si talis donatio morte non confirmetur, quinimo tacite censetur reuocata, vt est prædicta, talis donatio facta à viro vxori transibit in fiscum, vt patet ex prædictis, & præterea tenet in terminis Cantera in d. c. 1. de heretic. schismat. &c. n. 21. circa fin. & diximus supra in secundo casu donationis factæ vxori à consanguineis, vel amicis viri, & sic de similibus.

57 Quoad creditores mariti agamus modo.

58 Vero an creditoribus hereticis existentibus ante crimen commissum satisfaciendum sit ex bonis postmodum publicatis? In quo affirmatiue respondendum est: hi namque præferuntur pœnis fiscalibus, nec possunt vlla bona ad fiscum pertinere, nisi que superflua deducto ære alieno, l. C. de pan. fiscal. &c. lib. 10. & in terminis ita late probat & tenet D. Simanc. de institut. Carolic. titul. 9. numer. 121. & Cantera in suis qq. crimin. in cap. 1. de heretic. apostat. &c. num. 21. vbi quod debet consistere clare de debito, & quod realiter sit debitum, & quod obligatio

59 Quoad creditores mariti agamus modo.

60 Vero an creditoribus hereticis existentibus ante crimen commissum satisfaciendum sit ex bonis postmodum publicatis? In quo affirmatiue respondendum est: hi namque præferuntur pœnis fiscalibus, nec possunt vlla bona ad fiscum pertinere, nisi que superflua deducto ære alieno, l. C. de pan. fiscal. &c. lib. 10. & in terminis ita late probat & tenet D. Simanc. de institut. Carolic. titul. 9. numer. 121. & Cantera in suis qq. crimin. in cap. 1. de heretic. apostat. &c. num. 21. vbi quod debet consistere clare de debito, & quod realiter sit debitum, & quod obligatio

obligatio non fuerit facta in fraudem fisci. ¶ Ampliat Simanc. ubi sup. n. 122. vsque adeo fiscum teneri creditoribus hereticis satisfacere, vt etiam si Ecclesie reconciliatus locuples postea efficiatur, aut aliquid bonorum ex indulgentia Principis impetrauerit, creditores ex antegresso non habeant cum eo actiones, sed are alieno ex precedenti tempore pœna liberatus sit, excepto si partem bonorum recuperauerit, nam pro rata portione obligatus erit, Quemada 9.20. dicemus infra latius.

62 Et quod fiscus capiens bona tanquam confiscata teneatur ad onera legatorum & fideicommissorum, & creditoribus hereditariis quali hæres, & sic teneatur persolvere omnia debita condemnati, testatur communem ex aliis Iul. Clarus in practica crimin. quest. 78. in versio. sed an teneatur. Sed quando capit bona vt vacantia non tenetur ad legata, neque ad fideicommissa, iuxta sententiam communiter receptam ex Ripa in l. ex facto, §. ex facto, num. 6. ad Trebell. ita Clar. ubi sup. §. adens, quod si bona deferantur ad fiscum ex successu edito deficientibus aliis successores, fiscus in hac specie non tenetur ad legata & fideicommissa, secundum magis communem sententiam & practica obseruatam, & ideo non esse ab ea in iudicando recedendam, cõtra Bald. in l. eam quam n. 5. in fin. C. de fideicommiss. contrarium tenentem, & Salicet. in l. onie. §. penult. n. 39. C. de caduc. tollend. dicentem quod communiter tenetur opinio Bald. iudic. cum Clar. ubi sup. contra Bald. & Salicet. sequitur & profiteretur Farin. n. 186. in loco infra citando.

63 In omnem tamen casum quando fiscus succedit alicui, siue tanquam in bonis vacantibus, siue ex confiscatione, numquam tenetur vltra vires hereditarias, etiam si non confecerit inventarium, vt cum communi resoluti Iul. Clar. ubi sup. in versio. vnam scias, de quo supra.

64 Sed vt materiam hanc habeatis perfectè absolutam, atque declaratam, constituo regulam generalem in proposito cum suis ampliationibus & limitationibus cum Farin. nouissime post hæc scripta viso in suis quest. crimin. 1. p. 9. 2. 5. de delict. & pœn. n. 169. cum pluribus sequentibus in modum qui sequitur.

65 Fiscus in omni casu, in quo capit bona confiscata, tenetur satisfacere creditoribus delinquentis de bonis incorporatis, nec non & ad legata fideicommissa, & alia onera hereditaria, ad quæ ipse delinquens tenebatur. Hæc est communis sententia (vt prædiximus) quod etiam profiteretur & sequitur alios allegans Farin. ibi sup. n. 170. sequitur & probat Peregrin. de iure fisco. lib. 5. tit. 1. n. 54. in versio. sic etiam, vbi in versiculo sequenti hoc intelligit in debitis contractis ante commissum crimen, non post contractum Conart. in quarto de sponsal. 2. p. c. 6. §. 8. ante num. 10. nisi ex causa alimentorum & defensionum ipsius rei, de quo supra diximus, & probatur iure. ¶ quia tunc fiscus habetur loco hæredis, l. i. in fin. & ibi glossa, C. ad legem Iul. de vi priuata. l. inter eos, & ibi etiam glossa, Bart. ff. de fideius. l. non intelligitur, §. ex causa, & ibi glossa in verbo. peruenit. ff. de iure fisco. Bald. in l. penult. §. 1. C. ad Trebell. & in l. 4. C. ad legem Falcid. communis secundum Aymon Crauet. consil. 265. numer. 7. prout eum & alios idem sequutus refert & probat Farinac. d. quest. 25. numer. 169. & vltra eum Peregrin. de iure fisco. lib. 5. tit. 1. n. 53. ¶ Et in heredem omnes actiones actiue & passiuæ transcunt, quia hæres & defunctus confertur vna eademque persona, vt in

authenticâ de iure iur. à morient. prest. post princip. late Ioseph. Ludouic. in suis commun. opinionibus conclusione 16. per totam. ¶ Hinc plurima deducuntur, quæ late examinat Peregrin. de iure fisco. dicto lib. 5. tit. 1. num. 69. cum sequentibus. ¶ Et debet constare de vero credito, alius chartula confessionata inter alterum creditorum & reum condemnatum non probaret, quia suspecta & simulata præsumetur, nisi ex probationibus vel aliis legitimis præsumptionibus fides illius chartulæ confirmaretur: & si parum ante delictum, vel post facta apparet, augetur fraudis suspicio, vt vtrumque iure probat Peregrin. de iure fisco. lib. 5. tit. 1. numer. 54. ad fin. fol. mibi 132. columnæ 2.

Ampliat primo hæc cõmunis sententia, quod fideiussores ipsius debitoris condemnati, vel tertius possessor bonorum conuentus à creditoribus eiusdè debitoris, poterit opponere discussionem prius esse faciendam in fiscum, tanquam principalem debitorem, vel tanquam principali debitori succedentem: sicut hoc facere possit aduersus ipsum proprium principalem debitorem, si delinquens non fuisse beneficio, Authentica præsentis, C. de fideius. & Authentica, quod si debitor, de pigno. Fiscus igitur in hac specie in primis discutendus est, ita glossa in l. sententia, vbi Bald. C. de fideiusso. quam sententiam plures sequuntur. Et licet contrarium verius crediderit Bart. in l. fin. in final. verb. ff. si cert. pet. & in l. accem ff. de verbor. obligat. cuius opinionem late defendit Abb. consil. 29. columnæ penultim. lib. 2. Ancharan. consil. 294. & 317. Socin. consil. 46. col. 5. volumine 4. Iacob. de S. Georg. in dicta l. fin. n. 3. versio. 3. fallit: prior tamen sententia non solum communis, sed etiam magis communis à Doctoribus nuncupatur, vt videtur licet apud Gabriel. lib. 3. tit. de fideiusso. conclus. 1. numer. 4. in versio. & quia prima opinio, Aymon consil. 273. num. 7. Anchar. Regien. quest. 25. num. 4. p. 2. Michaël Crall. in suis communibus opinionibus lib. 1. cap. 11. quest. 7. & Farinac. qui præd. citat ubi supra, num. 171. dicentem quod non recedas ab ea.

Hæc tamen ampliatio vera est, & procedit quando bona debitoris vniuersaliter confiscantur, secus si certa tantum res confiscaretur, vt cum aliis probat Peregrin. d. lib. 5. tit. 1. n. 66.

Ampliat & secundo præfata regula, vt si delinquens habuerit bona sita in diuersis territoriis, & creditores pro consequendis suis debitis agant contra fiscum illius territorij, in quo ipsi creditores contraxerunt cum debitor delinquente, non potest idem fiscus illos remittere ad fiscum alterius territorij & iurisdictionis, vbi alia bona confiscata sunt, ex regula iuris quæ habet, ¶ quod in eo loco, in quo contractus celebratus est in eo debitor soluere debet, & non in alio inuito creditore, l. i. qui certis, & ibi Bart. ff. de eo quod certi. loco. Angel. & Alexand. in l. qui Rome in princip. ff. de verborum obligat. & in specie ita tenet Immol. in l. ex facto, ff. de hered. instit. & in consil. 25. columnæ 10. & sequenti, Paul. de Cast. consil. 209. num. 1. versio. si enim, quos refert & sequitur Anchar. Iun. Regien. in suis quest. famul. quest. 25. n. 5. iuncto num. 12. p. 2. sequitur Roland. à Vale de lucro dot. questione 20. numer. 10. & iterum consil. 78. numer. 15. volumine 2. ¶ quod sicut quilibet fiscus potest agere in suo territorio contra nomina debitorum ibidem existentia, & ad condemnatum spectantia: ita pariter & quilibet fiscus debet correspondere & satisfacere creditoribus eiusdem condemnati, secundum Canonitatum

nonistarem & Legistarum communem opinionem, prout eos refert & sequitur Farinac. dicta quest. 25. n. 172. vbi alios citat dicens, quod quilibet fiscus tenetur creditoribus suis ibi in illo territorio existentibus pro rata bonorum, & prout quique habet bona condemnati, & non pro virili.

75 Non tamen tenetur fiscus vnus territorij satisfacere creditoribus alterius territorij, vbi alia bona confiscata sunt, ne fraudetur fiscus vnus territorij illum priuando omnibus bonis confiscatis, altero fisco illæso remanente, secundum Cyn. Petr. Bald. & Angel. in dicta l. ex facto, ff. de hered. instit. est communis secundum Augustin. ad Angel. de malef. verbo. & eius bona publicamus, num. 9. prout refert & sequitur aduersus Immol. contrarium tenentem Iul. Clar. in practica, crimin. §. fin. quest. 78. versio. sed quero an hoc casu, ¶ vbi limitat, præterquam si bona vnus territorij non fuissent: tunc namque, ne creditoribus iura pereant, & ne in totum eorum credito frustrati remaneant, eis satisfaciendum est etiam de bonis sitis in alio territorio, & ita plures apud se in Magistratu Mediolani seruatum fuisse testatur, refert & sequitur Farinac. dicta questione 25. numer. 173.

77 Ampliatur tertio, vt si condemnatus habuerit aliqua nomina debitorum, quæ postmodum fuerint confiscata, non potest fiscus eidem creditoribus dare in solutum pro concurrenti debiti quantitate dicta nomina debitorum, sicut nec debitor ipse non potest creditoribus assignare debitoris sui nomen in solutum, vt in leg. cum à quo, & ibi Bald. & Salicet. C. de solut. ita Anchar. lun. d. q. 25. n. 6. in fin. iunctis n. 10. 11. & 13. p. 2. & Farinac. ubi sup. n. 174.

78 Ampliatur & quarto, quod in huiusmodi causis creditorum agentium contra fiscum pro recuperatione eorum creditorum procedi debeat summariè & sine dilatione, licet iudices male seruent contrarium in animarum suarum detrimentum, vt ex Salicet. refert Clar. dicta quest. 78. versio. sed quero an hoc casu, in fin. & Roland. consil. 31. num. 36. volumine 1. & Farinac. ubi supra num. 176.

79 Ampliatur etiam & quinta regula præmissa, vt bonis debitoris confiscatis liberatus sit ipse debitor pro parte & quantitate confiscata, adeo, vt creditores non possint amplius contra ipsum debitorem agere, sed contra fiscum, qui debitoris bona confiscata retinet, textus in l. 2. vbi Bald. & Salicet. C. ad legem Iul. de vi publica, & l. si marito, vbi glossa ff. solut. matrim. & in l. 1. cum ibi notatis. C. de fideiusso. Peregrin. de iure fisco. lib. 5. tit. 1. n. 55. Plotus consilio crimin. diuersor. 130. num. 8. volum. 1. vbi quod non per hoc est liberatus fideiussores, per textum in dicta l. 1. & l. fin. C. de duobus reis, lege capit. ff. de fideiusso. Peregr. ubi supra versiculo illud, vbi num. sequenti hoc declarat & per Caltrous. consil. 209. volumine 2. & bene declarat Augustin. ad Angel. de malef. in dicto verbo & eius bona publicamus, num. 9. & Farinac. dicta q. 25. num. 178. qui num. 179. hoc ampliat etiam quod prædictus debitor restitutus & aggregatus de delicto deuenit ad meliorem fortunam iuxta lib. 4. C. de sentent. pass. qui textus est mirabilis in hoc, vt per Doctores ibi ab eo citatos. ¶ Quod procedit quando debitor ipse non ad bona, sed solum à delicto fit restitutus & aggregatus: secus si restitutus esset etiam ad omnia bona confiscata, vel ad aliquam partem illorum, & tunc licet fiscus sit si ad rem tantum particularem restitutus

Praxis Criminalis.

retur) cum per hanc restitutionem restetur dicatur in ipsum actiones passiuæ, remanet denno obligatus eidem suis creditoribus, qui propterea poterunt contra ipsum debitorem agere pro recuperatione suorum creditorum, sicut poterant ante condemnationem, vt in l. 3. vbi Angel. Bald. & Salicet. C. de sent. pass. & in leg. si de portaria, C. eodem tit. & in l. 2. & 3. ff. eodem, citat plures ita tenentes eos sequutus Farinac. ubi sup. n. 180. amplians vt procedat etiam si restitutus iste negligat à fisco recuperare bona, ad quæ fuit restitutus, ad hoc ne teneatur suis creditoribus, quia non per hoc erit liberatus, sed adhuc conueniri poterit, l. penult. ff. de sentent. pass. glossa in l. 4. C. eodem, & Angel. in l. si debitor in fin. C. eodem titulo.

Fideiussores tamen datus post publicationem bonorum non obligatur, cum nulla adit principalis obligatio, cui adherere possit, vt cum Paul. & aliis tenet Peregrin. ubi sup. vbi quod nec etiam naturaliter teneatur, nec pro postquam exiit possit debitor principalis iam liberatus per publicationem bonorum.

Sublimitatur præcedens limitatio, si dicente statuto, seu aliqua speciali constitutione fiscus emisisset proclama, vt creditores infra certum tempus comparerent & docerent de suo credito, quo elapso & de credito nõ docto amplius ad aliquid petendū non admitteretur: quia tunc creditores in petendo eorum credito negligentes fuerint, non poterunt amplius contra fiscum agere, nec etiam contra debitorem principalem ad bona restitutum, ita consuluat Petr. Anton. August. consil. 10. num. 17. cum sequentibus, l. 3. Et licet contrarium ex multis verius esse Boss. in tit. de proclamo quod fit in bonis publicationis, n. 15. & 16. hanc tamen sublimitationem optime defendit Sforcia Oddus Perul. de restitutione in in reg. p. 2. quest. 97. art. 3. per totum, numer. 15. cum sequentibus, & sequitur Farinac. ubi supra, numer. 181. voluit etiam Peregrin. de iure fisco. lib. 5. tit. 1. numer. 54. in versio. creditores autem, fol. 132. col. 3.

Sublimita secundo eandem præcedentem limitationem, vt licet ad bona restitutus teneatur suis creditoribus satisfacere, non tamen prohibetur (si vult) dictis suis bonis cedere in fauorem eorumdem creditorum: & sic cedendo liberatur, sicut & liberaretur alter debitor. Quæ est verior & æquior aduersus quam plures tenentes contrarium, vt per Brun. in tractat. de cess. bon. p. 4. questione 15. versiculo in hoc autem, & alios quos refert & sequitur Farinac. ubi supra, numer. 182. quam optime defendit Sforcia Oddus ubi supra, art. 4. per totum num. 19. & sequentes. Sed in hoc distinguendi sunt tres casus, vt bene per Brunor à Solè in suis questionibus legal. in q. 19. numer. 68. cum sequentibus.

Limitanda tamen est primo supra dicta regula communis affirmatiua, quæ habet quod fiscus capiens bona confiscata delinquentis tenetur satisfacere suis creditoribus, legataris, & fideicommissariis, &c. vt procedat, scilicet: in quantum bona confiscata sufficiunt, & non vltra de suo proprio, etiam quod inuentarium non confecerit secundum communem sententiam, de qua testatur Iul. in l. scimus in principio, num. 1. C. de iure delib. & cum eo & pluribus aliis Farinac. ubi supra num. 183. cum duobus sequentibus, vltra Clarum supra citatum paulo post principium huius questionis. ¶ Imò etiam fiscus hæres testamentarius, inuentario non confecto, non tenetur

creditoribus ultra vires hereditarias, secundum veriore opinionem Barr. & Bald. contra alios, teste Peregrin. de iure iſſe lib. 4. in. 1. num. 3. A fortiori idem erit quando filius non capit bona vt heres, sed vt vacantia vel publicata, secundum eundem Peregrin. dicto lib. 4. tit. 3. numer. 25. & num. 64.

Secundo limitatur præfata communis regula, vt licet filius teneat satisfacere creditoribus delinquentis ex cōtractu non tamen teneatur satisfacere creditoribus ex delicto, quibus filius præferri debet etiam in pœnis pecuniariis, vt de communi testatur D. Couarr. lib. 1. var. resol. c. 16. post n. 8. Claudius Baltand. in regula crimin. 120. num. 1. Iul. Clar. d. q. 78. in versic. vidi quandoque, & eos referens Farinac. d. q. 25. num. 188. vbi num. sequenti aduertit, quod si ex eodem delicto, pro quo bona confiscantur, & ex eadem sententia venit de iure delinquens etiam condemnandus ad interesse partis offensis, tunc ea concurrente cum filio pro sua pœna præferri semper debet pars pro emenda damni passi: & quod ita sepius seruatū vidi, & æquitati etiam magis consonum dixit idem Claud. ubi sup. dicta regula 120. in fin. & esse verissimum censet.

Tertio limitatur, vt procedat cum filius succedit in omnibus bonis, vel quota eorum, sed si reus fuisse condemnatus in certam pecuniariam summam, quia tunc filius non tenetur illius creditoribus, sed debitor ipse. Filius autem in subsidium potest conueniri pro quanto in eum peruenit a creditoribus anterioribus, si debitor non esset solvendo, vt cum Socin. l. un. conf. 74. n. 23. volum. 3. tenet Peregrin. d. lib. 5. tit. 1. num. 59. Sed post hæc scripta latissimè agit de hac materia Thom. Sanch. in sua Summa lib. 2. c. 17. per totum omnino videndus. Superiora tamen sufficiunt in proposito, vt ad alia magis necessaria in praxi deueniamus.



SVMMARIVM.

1 Patronatus ius Ecclesiasticum an comprehendatur in confiscatione bonorum vniuersali? Quatuor conclusionibus resoluitur per totam quæstionem.

An ius patronatus Ecclesiasticum comprehendatur in confiscatione bonorum vniuersali?

VERO an confiscata bonorum vniuersitate ob delictum possessoris ius patronatus Ecclesiasticum censetur etiam confiscatum? Hanc quæstionem tangunt & examinant latissimè antiqui & moderni professores nostri Pontificij à glossis vsque ad nouissimos, in pluresque opiniones scinduntur, atque distinctionibus pene confunduntur. Ideoque vt obscuritatem fugiamus, claritatem & receptas sententias amando, omnia disputatione, breui resoluam sermone quod alias amplo campo dispersum est. Sit igitur.

1 Prima conclusio. Confiscatis vniuersis bonis, seu vniuersa hæreditate ius patronatus in ea coherens in fiscum transit, ita volunt glossa in cap. filius vel nepotibus, verbo propinquus, 16. q. 7. quam

sequantur cum communi Abb. n. 9. Decius n. 6. Felin. 3. in c. quanto de iudic. Roch. de Curt. de iure patronat. verbo ipse, vel is, quæstio 8. & 29. numer. 69. communis secundum Citadin. in eodem tractat. 9. p. quæst. 20. num. 28. Ferrer. conf. 179. num. 1. & 2. Auzer. in tractat. de potestat. sentent. regula 4. saluentia 21. Iul. Clar. lib. 5. recept. sentent. §. fin. quæstio 78. in versicula quarto modo. Et proculdubio vera & communis est, quando confiscatio à iudice Ecclesiastico fit, atque tunc absque contradictione procedit secundum D. Molin. l. 1. de Hispan. primog. c. 24. num. 26. Canter. in suis quæstionibus crimin. cap. 1. de heret. ap. & c. numer. 50. par. 408. vbi quod in crimine hæresis non est dubium, quia hæreticus priuatur omni honore, & est in famis iure Canonico, & per iudicem Ecclesiasticum. Sed quando confiscatio fit à iudice seculari, etiam vniuersitatis bonorum, pluribus dubia visa est hæc communis sententia: quoniam ius patronatus non potest transferri in fiscum, nec ipsi applicari, nec iudex secularis illius cognitionem habere potest, cum sit incapax cognoscendi de iure spirituali vel ei annexo, prout est ius patronatus, d. c. quanto, de iudic. quod quidem transferri non potest nisi per modos à lege Pontificia probatos, cap. ex litteris, c. cum seculum, c. curia, c. quia clerici, de iure patron. sed confiscatio non est huiusmodi saltem lege Pontificia: ergo ius patronatus non venit in confiscatione bonorum, ita glossa in Clementina pastoralis, verbo subiecta, per textum ibi in §. cum est illa, de re iudic. quam sequitur Barbat. m. d. c. quanto num. 17. & ibi Decius. num. 6. Cassan. in consuetud. Burgund. in Rubric. 2. §. 2. glossa 2. num. 9. & est communis secundum Couarr. lib. 2. variat. resol. cap. 18. n. 7. & Gigas de crimin. l. de Maiestatis lib. 2. tit. de pœnis quæst. 4. in principio, num. 3. vbi quod secundum eam ita alii & consulum & iudicatum in Venetorum dominio testatur. Et esse communiem cum Gigante & Conar. vbi supra, testatur Clar. etiam vbi supra, & communiem & magis communiem plures allegans testatur, & eam sequitur Farinac. in suis quæstionibus crimin. 1. p. quæstio 25. de delict. & pœn. num. 151. eamque etiam sequitur Peregrin. de iure iſſe lib. 5. tit. 1. num. 121. D. Costa in c. si pater, de testam. in 6. 2. verbo Trebellanica, num. 7. & Canter. vbi supra, num. 49. Quod quidem verum esse tenet Clarus vbi supra, quando ius patronatus non erat transmissum in extraneos hæredes: tunc namque nec transit in fiscum. Secus, si tale ius erat transmissum etiam ad extraneos hæredes, quia tunc sibi placet opinio glossæ, quod transeat etiam in fiscum: non enim videt cur non debeat in fiscum transire, qui per omnia habetur loco hæredis. Sed de hac distinctione & doctrina Clari multum dubitat Farinac. vbi supra, num. 153. qui distincte tenet præfaram secundam sententiam negatiuam, quam esse communiem affirmat: quia iudex laicus incapax est cognoscendi vtroque casu super iure patronatus, quod spirituale est, vt in dicto c. quanto, nec etiam durante vita delinquentis, vt per ipsum ibi n. 54.

Nihilominus tamen adhuc verior verissimaque opinio est, ius patronatus cum vniuersitate villæ, seu hæreditatis confiscata in fiscum transire, etiam si iudex laicus confiscationem fecerit vniuersitatis villæ vel hæreditatis, dummodo id non specificè de iure patronatus loquens faciat, sed genericè vniuersitatem, cum qua patronatus ex sui natura transire debet, fisco adiciatur, vt permulti Doctores aduertunt: & in terminis probat Cæsar

Cæsar Lambert. de iure patronat. lib. 3. quæst. 8. art. 8. in 8. casu num. 20. loquens in vniuersitate villæ vel castri; quamvis in vniuersitate hæreditatis contrarium & absque iuridico fundamento existimauerit ibi in nono casu, num. 21 secundum D. Molin. vbi supra dicto num. 26. versiculo ceterum, qui hæc opinionem probauit, & verius credit Petr. Greg. in synag. iur. vniuersi lib. 3. c. 17. mon. 5. estque verissimè propositio & ita secure tenenda secundum D. Sahagun in dicto c. quanto num. 33. cum sequentibus, vbi responderet fundamentis contrariis. Iuridicus enim modus est transeundi ius patronatus cum vniuersitate bonorum etiam inter laicos, iuxta receptas nostri iuris traditiones, vt in d. c. ex litteris, & c. cum seculum, de iure patronat. ergo & per confiscationem vniuersitatis bonorum. Non enim potest ratio diuersitatis congrua in hoc assignari inter eam & venditionem, conductionem, donationem, permutationem, vel successionem, sed ex omnibus his transfertur ius patronatus cum vniuersitate bonorum, vt in dictis iuribus & communibus traditionibus: ergo idem in confiscatione vniuersitatis bonorum, cui ius patronatus coheret, iure optimo dicendum est. Hinc est, vt vendita à filio bonorum vniuersitate in emptorem ius patronatus bonis insitum transferatur ex dictis iuribus, & ita in practica frequentissimum esse probat idem Gigas vbi supra, q. 2. & 4. & frequentior scribentium sententia recepta est, vt plurimos referens affirmat D. Molin. vbi supra num. 25. Denique quamvis verum sit iudicem laicum de iure patronatus principaliter nec accessorie cognoscere posse, attamen quando de bonis, quibus inest, pronuntiat in ciuili, vel criminali, ius patronatus non consideratur respectu sententiæ, sed respectu bonorum.

Secunda conclusio. In omnibus casibus, in quibus ius patronatus cum vniuersitate bonorum confiscatur, non debet transire exercitium eius iuris patronatus in fiscum, nec etiam in hæredes delinquentis, sed Ecclesia ipsa libera remanere debet sub Episcopi potestate, vt late pluribus comprobatur Roch. de Curt. vbi supra, q. 2. n. 68. & sequuntur omnes secundum Cæsar. Lambert. vbi supra, n. 21. qui idem probat, & Bernard. Diaz in sua practica crimin. Canonica, c. 131. in noua impressione, & ita obtinuit secundum Simanc. in suis institut. Catholic. tit. 9. n. 96. argumento cap. fin. de heret. & l. iura libertorum, ff. de iure patronat. sequitur etiam D. Molin. d. lib. 1. de Hispan. primog. c. 24. num. 77. Qua in specie Ecclesia remanet libera patrono, vel aduocato, itaque ille, ad quem primo spectabat institutio, non habeat liberam collationem: & sic ius patronatus prædictum euahescit, ita vt neque Ecclesia presentationem habeat, vt concludunt Innoc. Ioan. Andr. Domin. & Cardin. Abb. & ceteri communiter: estque vera & communis opinio secundum Roch. de Curt. vbi supra, quæst. 3. eamque tenent omnes, vt affirmat eos sequuntur Lambert. vbi supra in 9. artic. statim sequenti. Non enim ex hoc præiudicium fit sequentibus patronis vocatis: quia in hac specie de qua agimus, nempe, quando ius patronatus Ecclesiasticum insitum est vniuersitati bonorum, castro scilicet, villæ, vel ciuitati, aut hæreditati liberæ, non sunt alij patroni vocati, sed dominium prædictæ vniuersitatis est liberum domini sui, delictum confiscatione omnium bonorum suorum dignum committentis, & ideo merito vt ad filios, nec ad fiscum transeat, sed quod potius euahescat & Ecclesia remaneat libera, vt

Praxi Criminali.

habet communis sententia prædicta. Limitatur primo prædicta secunda conclusio, quando delinquens haberet compatronos: nam tunc totum ius patronatus deueniret ad alios patronos. Secundo limitatur, quando ex fundatione vel constructione constaret ius patronatus debere deuenire ad aliquam certam personam, vel alias personas: nam tunc non remaneret libera Ecclesia, sed ad eos nominatos deueniret, vt in specie probat & tenet rectè D. Canter. vbi supra, numer. 50. in versicul. sed tanquam, pagin. 408. colum. 1.

Quod si vniuersitas, cui inest ius patronatus, esset antiqui vinculi, vel maioratus, tunc idem dicendum & censendum est, quod in rebus maioratus distinguendo resoluius supra lib. 2. præf. 9. 66. per totum.

Quibus sic firmiter constitutis & in praxi obseruandis, relictæ sunt alie diuersæ opinionēs, quas alij Doctores in hac materia tenebant, prout refert & merito eas reicit atque improbat D. Sahagun vbi supra numer. 29. cum sequentibus.

Præfata duæ conclusiones tenendæ loquuntur, vt vidimus, quando ius patronatus Ecclesiasticum insitum est vniuersitati bonorum (quod sepius contingit) nempe vt dominus talis Oppidi, Castri, vel Ciuitatis habeat ius præsentandi in tali Ecclesia, Collegio, vel Monasterio.

Ceterum si ius patronatus huiusmodi non sit, hoc est reale, sed personale, vt putà quia nominantur personæ, quæ hoc iure patronatus vti debeant, certæ & in specie, vel etiam alij certificandi, veluti proximiores consanguinei, prout communiter contingit in fundationibus Capellaniarum & huiusmodi, tunc fit tertia conclusio.

Tertia conclusio. Ius patronatus personæ coherens, non vero bonis (quod verificatur vt modo dicemus) non euahescit facta confiscatione bonorum, nec etiam dicta sententia criminis per iudicem laicum, nec cum bonis transit, quia non est reale, sed personale: idemque vſque ad Ecclesiastici sententiam patronus erit, vti que poterit iure præsentandi, siue crimen hæresis commiserit, vt in c. cum secundum leges, verb. confiscationis, de heret. lib. 6. cum similibus. siue aliud dignum etiam confiscatione bonorum ad forum iudicis laici pertinet, veluti lætæ Majestatis humanae, & similibus, quia, cum ius patronatus sit annexum spirituali, incapax profecto est iudex secularis, siue principaliter, siue incidenter & accessorie confiscationis & priuationis ipsius, iuxta dictum cap. quanto, de iudic. donec à iudice Ecclesiastico competenter confiscetur & ab eo priuetur. Quod est verissimum, vt patet, & secure tenendum, vt affirmat D. Sahagun vbi supra, n. 38.

Quarta conclusio. Facta à iudice Ecclesiastico competenti priuatione huius iuris patronatus personalis, id non euahescit, nec Ecclesia remanet libera, sed totum remanet vel penes compatronum aut compatronos, ad quos deuenit, vel ad eam personam vel personas successit in fundatione contentas vel nominatas, tanquam bona restitutione grauata per fundatorem, dicta de crimine sententia per iudicem Ecclesiasticum, non vero antea (vt prædiximus) vel ad proximiores iuxta fundationis formam, vt patet, & tenet in terminis D. Sahagun vbi supra, n. 39 & 40. Vnde non erit necessaria (sed tamen vilis ad tollendum omne dubium) conditio fundatoris, quam in fundatione consulit apponendam Didac. Perez, in l. 1. tit. 6. lib. ordin. colum. 230. nempe, vt ad

1 3 fiscum